8 Grep.

DISSERTATIO ACADEMICA,
DE
EO, QUOD JUSTUM EST,
CIRCA
RECUPERATIONEM BELLICAM,
iniquæ hoſtium occupationis
& detentionis correctivam.

Quam,
ADSISTENTE DEO,
PRÆSIDE
DN. MICHAELE GRASSO,
J. U. D. ET IN ILL. COLL. P. P. E.

Eruditorum disquiſitioni
ſubmittit
PHILIPPUS FRIDERICUS GREMP,
A FREYDENSTEIN, Eq. Alſat.
In Auditorio
COLLEGII ILLUSTRIS
ad diem Decembr.
horis conſuetis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TUBINGÆ,
Typis MARTINI ROMMEII.

Anno MDCLXXXIX.

SERENISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO,

N. FRIDERICO

CAROLO,

I WÜRTEMBERGIÆ AC TECCIÆ,

MITI MONTISPELIGARDI, DYNASTÆ

HEIDENHEMII &c.

NISTRATORI ET TUTORI SUPREMO,

ES. MAJEST. GENERALIS-CAMPI-MARE-
SCHALLI- LOCUM TENENTI
ET CHILIARCHÆ,

IPI, AC HEROI, OMNI LAUDE ILLUSRIORI:

CUJUS MAGNANIMITATI

er æquales æqualis nullus, niſi qui fortitudinem
ipſam exſuperat:

uperiores ſuperior nullus, niſi qui fidem Ejus amiciori
ectore colit, ut ſuperior maneat & amore, ſicut
æqualis Ille magnanimâ fide:

JUS PRUDENTIÆ ET PIETATI SUMMÆ

imè ſubmiſſos faſces tenerrimo affectu proſequitur

PRINCEPS PUPILLUS:

tiſſimo pectore ſuſpicit diris bellorum malis preſſa,
ſed Ejus beneficio ſervata, Patria.

IS LIBERALITATI ET CLEMENTIÆ

uam imputant fida tot ſubditorum & exterorum pectora:
oremque fortunam, cum totâ Familiâ Grempianâ,
pſe, Subjectiſſimus Cultor, tranſcribendam debeo,

CUJUS PROVIDE DISPENSATRICE MANU

lat inconcuſſum, quicquid in his terris memoriæ & ſtudiis
ianis, Majorum meorum ſanctiſſimâ deſtinatione dicatum eſt:
Mihique hactenus liberaliſſimè diſpenſatum,

NEC NON
SERENISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
DN. EBERHARDO LUDOVICO,
DUCI WÜRTEMBERGIÆ AC TECCIÆ
COMITI MONTISPELIGARDI, DYNASTÆ
HEIDENHEMII &c.
PRINCIPI OMNI SPE SUPERIORI:
IN CUJUS EX VOTO SUCCRESCENTE PIETATE
uti omnes tutelæ ſuæ curas feliciter terminat,
ita & verè paternum amorem inde ſpirat
PATERNA DUCIS ADMINISTRATORIS GRATIA:
lætatur Maternum, in omnia fata providum,
Pietate juxtà & Virtute Heroicâ, & Pacis, & Bellorum
ſorti par & conſtans
MATRIS HEROINÆ PECTUS.

IN CUJUS FELICITER EFFLORESCENTE PRUDENTIA,
ALIISQUE VIRTUTIBUS PRINCIPALIBUS,
IMPERATORIUM, REGIUM PRINCIPALIA NUMINA
cum admiratione quâdam & amore nunc delectantur:
Suſpiria acquieſcunt afflictæ, indeque facilè refocillatæ, Patriæ:
Vota ſingulorum, ſubditorum & Exterorum, terminantur:
Spes itidem mea cum ſubmiſſiſſimo ſe fundat ardore,
ac devotiſſimâ eâ fiduciâ,
quâ à
SERENITATE EJUS
In Me Meosque gratiosè continuandam, jam hereditariò quaſi
transplantatam, Principalem Clementiam
Mihi certò polliceor & imploro.

QUO-

QUORUM UTRIUSQUE SERENITATI
in ſymbolum
devotiſſimè memoris mentis,& obſequioſiſſimæ ſubmiſſionis,
Academicam hanc Diſputationem
de RECUPERATIONE BELLICA decentiſſimè inſcribens,
ILLI,
ut in Bello hoc Recuperativo,
in quo, quisquis eſt Germanæ fidei, indefeſſa intentat arma
priſtinæ, & gloriæ, & ditionum Germanarum, poſſeſſioni recuperandæ,
Ipſe exiſtat Recuperator, ut fortiſſimus, ita victorioſiſſimus,
deſideratiſſimæ quietis reſtaurator feliciſſimus.
HUIC,
ut, ILLO Reſtaûratore, evadat cum recuperatâ pace
Paternarum ditionum quietus poſſeſſor, reſtauratæ
quietis conſervator dexterrimus,
optatiſſimus.
UTRIQUE,
TOTIQUE SERENISSIMÆ DOMUI WÜRTEMBERGICÆ,
ut ſuccedant, & perdurent, fata omni voto feliciora,

intenſiſſimo zelo

animitus exopto,

voveo

devotiſſimus Servus

PHIL. FRID. GREMP à FREYDENSTEIN, Reſp.

J. J.

DISSERTATIONIS ACADEM.
De
RECUPERATIONE BELLICA.

Diſſert. de Recuperat. bellicâ &c.

PROOEMIUM.

Procemium.

SÆviunt in ſua viſcera Reges, & aliâ quâvis Imperii gloriâ præpotentes, dum belli & pacis duabus Legibus, tanquam teſſulis, ludunt, non prout vel neceſſitatis Juſtitia illud extorquet, vel hanc commendat humanitatis gratia; ſed prout ſors cecidit, ex impotentis animi vel cœco furore, vel imbelli deſidiâ, projecta. Vix tyrannicæ Dominationis criminatione exemtos videas, facilè pœnam daturos, vel ſuo, ſuorumque excidio, & qui, bellorum agitati ludibrio, ſecuræ pacis otia, intempeſtivâ virium ſuarum confidentiâ ſpernunt: & qui, pacis fiduciâ ſepulti, feralem bellorum detrectant aleam, quam hoſtis ambitio indeclinabili fato objectat. Immanitatis equidem ſe quædam prodit imago in iis, qui Regni cupiditate ad conterendos alios confluunt; ſed in illis, quos ſola dilatandi Imperii libido in bellorum aciem armat & educit: qui concupiſcunt, quæ non capiunt: quibus ex omnium ſatietate fames exſurgit, ut, quô plura habent, acriùs quæ non habent, cupiant: quod uti quondam Scythici Legati Alexandro M. ita & nunc optimo jure poſſumus exprobrare iis, qui ambitioſo ſuo dominandi affectu pluribus terris fatales hactenus extiterunt; nullatenus verò in his, quos iſta hoſtium crudelitas, vel latrocinandi uſurpata licentia diſcrimini armorum ſubmittit, quæ injuſtè ſumta ſi manibus hoſtilibus pudor non excutit, adverſæ parti tempeſtivè ſumenda imperat, & imperata ſuf-

fulcit vis ipſa juſtitiæ, vitæ noſtræ innocentiam, aut bonorum noſtrorum juſtè partam poſſeſſionem, promiſcuæ cujusque lubidini expoſita nolentis. Nituntur hoc nomine juſtitiâ ſuâ bella, & defenſiva, & offenſiva, rerum iniq; præreptarum, jurium violatorum, damnorum datorum, aſſertiva, reparativa. Quorum utrique ſpeciei cùm, & ab oriente, & ab occidente, intentos animoſo ſpiritu hactenus vidimus, & adhuc dum videamus tot S. R. Imperii Heroës, tanto præpotentium hoſtium fœdifrago impetu, tantâ exactionum & occupationum immenſitate, tantâ in tot innocentes ſævitiâ, ſuis excitos ſedibus, & vel ſanguine ſuo Patriæ libertatem & integritatem redempturos: Nos in Muſarum caſtris hactenus militantes noluimus, alto laſſatas otio, in ſinum reponere manus, tentaturi quoque an, quo perrumpant arma victricia, & calamo pertingere liceat, vel ultrà, ne ſui pretio excidat, quod vulgo jactitatur:

Eſt toga marte prior, calamus victricibus armis,
Quæ non arma queunt, vincere ſcripta queunt!

Tempori itaque inſervire volentes, in diſceptationis aleam adduximus RECUPERATIONEM BELLICAM, *iniquæ hoſtium occupationis, & detentionis pediſſequam & correctivam*, inquirentes, quid circa eam juris tenor, quid fori obſervantia habeat. Enatum hoc quicquid eſt, medios inter belli furores, & viciniæ, proh dolor! funeſtos inter ignes: explicatumque ex juris inter cives in judiciis ſervati juſtitiâ & analogiâ, quoties præciſim conſideratum hoc belli jus juſto rigidius apparebat: ut ſedatiore animo, quam præſens fert tempus, accipiatur, optamus. Si quid fortean inibi occurrit innocentius poſitum, quod feroces hujus ſeculi mores efferatius tenent, id tamen eapropter retractare nolumus. Metimur etenim jura ſui valore, ſui æſtimio; defendant alii vagam factorum licentiam ex promiſcuæ impunitatis abuſu.

TRACTA-

TRACTATIO.

Theſis I.

ARctiores intra terminos conſtrictæ tractationis Leges, dilucidiorem terminorum evolutionem, ſi quâ opus eſt, ex rerū explicatâ ſerie expectare, telamque ab ipſa objecti definitione protinus ordiri jubent. Eſt nobis hîc loci Recuperatio bellica, iniquæ hostium occupationis et detentionis correctiva, nil aliud, quàm Actus executionis & apprehenſionis bellicæ, quo in poſſeſſionem & poteſtatem noſtram, ſive per ſe, ſive per æquivalens, reponuntur, quæ facto hoſtili, contra Jus fasque, inde nobis erepta, detenta, vel aliàs intercepta deprehenduntur.

Tractatio ipſa quæ Terminorum evolutione *hic omiſsâ, ſtatim exhibet, tùm* definitionem rei.

II.

Ex hàc rei delineatione facili negotio conjicere dabitur, quàm non ex profeſſo hic ſimus occupati circa ea, circa quæ quoque non minùs recuperatrix belli manus virtutem ſuam exſerere ſolet, & propitio jure poteſt: intellige, quæ in medio juſti belli ſtatu, ſtatu ſocietatis humanæ actu jam utrinque plurimâ ex parte, ut ſolet, diſſolutæ, effectu inter res nullius reputantur, & dominio quaſi vacua, eis indubiè & omni jure cedunt, qui, mediante juſtâ captivitate bellicâ, tanquam legitimo acquirendi modo, vid. Grot. *de J. B. & P. 3. c. 6. §. 2.* primi eorum poſſeſſionem nacti ſunt. *l. 1. §. 1. ff. de A. P. l. 5. §. f. ff. de A. R. D §. 17. I. de R. D.* ſecuram utique, & talem, quæ alterum à ſpe recuperandi probabili excludat, ſecundum non tantùm jura Civilia, *l. 5. §. 1. ff. de capt. & poſtlim.* ſed & Gentium. Grot. *d. l. §. 3.* ubi & ad contraria reſpondet: Cui rectius album calculum adjicit Excellentiß. Dn. Kulpis, in Colleg. Grot. *ad d. l. p. 150.* non obſtantibus, quæ Dn. Ziegl. *ad d. l.* dubia movet. Hæc etenim vi juſtâ ablata dicuntur, & inde hóc magis jure victoriæ cum notabili hôc effectu acquiſita, ut nec interna juſtitiâ poſſidens ad reſtitutionem ejus teneatur vid. inſr. *thes. 20.* & prior Dominus, vel inſtauratâ pace, deſuper in judicio controverſiam movens, contra allegantem ſolummodo & probantem bellicæ occupationis titulum, victoriam ſibi hoc minùs ullo modo ſperare poſſit. Dn. Pufend. *de I. N. & G.*

& inde quodammodo removet huc propriè non pertinentia nempe omnimodò acquiſita in medio juſti belli ſtatu *Hinc diſſeritur* Quando res capta, acquiratur ab hoſte. de Jure Civili & Gentium. Ratio *remotionis*

lib. 8.

lib. 8. c. 6. §. 23. Conf. Vultej. *in Conſ. Marpurg. vol. 3. Conſ. 48. num. 288. ſeq.* Add. Jus Lubec. *lib. 4. tit. 1. art. 10.* exſertis verbis ita diſponens: Wann einer im offenen Kriege unter eines Herren Fähnlein etwas gewinnet/ und ſolch Gut von einem andern vor geraubet/ oder geſtohlen angeſprochen wird/ ſo iſt der Kriegesmann/ wann er ſolches mit etlichen ſeinen Spießgeſellen beweiſen kan/ näher dabey zu bleiben/ dann der jenige/ welcher die Anſprache gethan. Cùm itaque bellicæ recuperationis in genere duplex quaſi, *ab objecto* detur ſpecies: alia nempe, quæ rerum eſt ab hoſte *in bello juſto juſtè* occupatarum, alia *in bello injuſto injuſtè & iniquè* occupatarum & detentarum, hanc propriè, tanquam quæ noviter movendo & ſuſcipiendo bello, cauſam juſtam ſubſternit, pro noſtræ tractationis materiâ ſelegimus, non tamen hôc ipſo in totum illam excludentes, aut prohibentes, quo minùs à noſtrâ ad aliam, & contrà, validum ſtruatur argumentum: quod & non ſemel à nobismetipſis hîc factum apparebit, quoties ſcil. propter identitatem rationis ſe invicem compatiuntur. *arg. l. 32. ff. ad L. Aquil.* aut ſaltem propiùs à ſe invicem abſunt.

III.

Recuperationis bellicæ rerum iniquè detentarum ut aliqua habeatur **diviſio**, videtur commodè ea aſſignari poſſe, *ab adjuncto temporis:* unde alia dici merebitur **inſtantanea, momentanea**, antevertens tutam hoſtium interceptionem & poſſeſſionem, re nondum in præſidia hoſtilium ſtationum perductâ, aùt manſuris munitionibus ſatis incluſâ, aut obſeſsâ; Alia **Procraſtinata, Retardata**, tractum aliquem temporis ſucceſſivum longiorem habens, ſecurioris jam Poſſeſſionis iterum ablativa. Cujus diſtinctionis quis ſe uſus oſtentet, videbimus infrà, ubi de effectu agendum eſt. §. *24. ſeqq.*

IV.

Cauſa efficiens remota bellicæ hujus recuperationis ſunt jura facultatem concedentia, res, vi iſtiusmodi iniquè ablatas, militari & bellicoſâ manu repoſcendi & vindicandi. Primo omnium itaque ut diſpiciamus, quænam partes hanc in rem ſint, omnium hominum generi coævi, **Juris naturalis.** Sanè utut, qui ex hominum genio, declivi jam, & pravis undique cupiditatibus obſeſſo, indequeà modeſtiâ, innocentiâ & integritate, cui primitùs natura humana divinitùs deſtinata erat, plenis quaſi alis ſecedente, ſatus & prognatus

gnatus eſt, belli ſtatum pro naturali ſtatu non habeamus, quæ damnata jam dudum ſanioribus ſuffragiis eſt ſententia Hobbeſii *tr. de Civ. c. 1. §. 12. & paſſim* in ſcriptis ſuis, ubi bellum omnium in omnes fingit, quam ſententiam improbam, & belluinam vocat & probare ſatagit Dn. Sim. Henric. Muſæus *diſſert. de mod. componend. Gent. controvers.* §. 2. Attamen, cùm jam eò malitiæ proceſſerat audacia humana, ſuis percita corruptæ rationis præſtigiis, ut non erubeſceret cuncta ad ſe pertrahere, aliisque ambitioſè prærepta ſibi ſoli aſſertum ire, eâ quidem violenti facti pertinaciâ, ut nullâ, vel amicabili reſtitutionis interpellatione, vel aliâ diſceptandi juris viâ, quâ inter æquales, ubi deſiunt judicia, controverſiæ contentionesque ſopiri ſolent & conciliari, vid. Grot. *de J. B. & P. 2. c. 22. §. 7.* Pufend. *de J. N. & G. 5. c. 13. §. 3.* & laud. modo Muſæus *dict. eleg. diſſert. per tot.* in ſaniorem, reddendi cuique, quod ſuum, aut debitum erat, viam reduci poſſet: quin tùm ad judiciorum vicarium & ſubſidiarium belli medium, pro juribus noſtris ſ. totius Reip. ſ. ſubditorum, vi aſſerendis, propitio jure naturæ, confugere liceat, nulli dubitamus. Etenim vel ipſa natura, eique inſcripta lex, curam ſalutis propriæ cuique commendat, cui innexum eſt Jus me meaque defendendi, aut jus per vim extorquendi, quod amicè impetrari nequitum eſt. Pufend. *d. tr. 8. c. 6. §. 2.* in quæ illud Ciceronis *1. Off. 11.* *cum ſint duo genera decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim: cumq; illud proprium ſit hominis, hoc belluarum, confugiendum eſt ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiore;* Quem locum eleganter explicat Dn. Pufend. *d. l.* Conf. Anteceſſ. Marp. ap. Vult. *in cit. conſ. n. 114.* & omninò Bœcler. *ad Grot. 1. c. 3. §. 1.* provocans ad locum Liv. *1. c. 32.* in commendationem juris Fecialis, apud Romanos ſanctè obſervati, perſcriptum: unde edocere non dubitat, quàm bene æquitas belli, ad iſtas leges ordinati, methodum Juris Naturæ ſequatur. Hinc & ab omnibus comm. inter juſtiſſimas belli cauſas refertur tentanda recuperatio rerum noſtrarum, ab alio iniquè detentarum. Grot. *2. c. 1. §. 2.* Bocer. *de bell. c. 4. n. 10.* ubi & plures alios citat.

quaſi per occupationem negatum eſt: ſtatum belli eſſe Statum naturalem: *traditur,* id ipſum quomodo & quatenus hîc concurrat,

quâve ratione.

V.

Non minus verò, quod hominem, quà ſocialem maximè, ex ipſa vitæ humanæ neceſſitate & utilitate, dirigit, & gubernat, Jus Gentium circa hanc bellorum partem occupatum videas. Scilicet hoc ipſum, cùm, ex pravâ illâ hominum concupiſcentiâ, jam ferè nullus

2. Gentium quâ ratione,

B lus

lus habendi ſecurus titulus eſſe cœpiſſet, niſi ei, qui viribus ad eludendas aliorum inſidias, & rapaces manus prævaleret, operoſum admodum fuit in fovendo proprietatum jure, ordinando & attemperando ad Juſtitiæ & tranquillitatis regulas: quo ipſo hoc effectum, ut quod ſemel alicui contigiſſet dominii jure, ab eo, ſine facto ſuo, abire nequiret, ſecundum vel ipſius æquitatis naturalis regulam, quam proponit JCtus *in l. 11. ff. de R. J.* indeque non tantùm ſinguli in ſingulos, ſed & Civitates in Civitates hoc jure uterentur, ut & apud gentes criminis inſtar haberetur, & adhuc dum habeatur, ad aliena porrigere manus, & tàm ipſum alterius territorium, quàm quod intra limites ejus continetur, haud intactum relinquere, & imperturbatum: aut ſi quid his contrarium factum eſſet, contrectati ex alterius bonis, erepti, vel deperditi reſtitutio & reparatio lædenti incumberet. vid. B. Dn. Mev. *Nucl. Jur. Nat. & G. inſp. 5. §. 42. n. 1. 2.* quâ tanquam æquiſſimâ pervicaciter denegatâ, ad arma tanquàm afflictæ Juſtitiæ extremum remedium parata ſit via: modò læſus talis ſit, cui hoc juris ex conditione ſui ſtatûs, quâ judiciorum ordini ſubjectus non deprehenditur, competat. vid. Dn. Schröter, *in diſſert de jure ſecuritat. tùm inter Civ. tum inter Gent. p. 2. c. 2. th. 4.* Id quod communioribus gentium quaſi ſuffragiis firmatum & obſervatum videris, tanquàm æquiſſimum: modò tamen, ubi tandem ad durum illum ſtatum, per inevitabilem neceſſitatem deventum fuit, in eo ſuperſtes ſit juris naturalis uſus, & facilis reditus ad pacem. Quem in finem tot regulis & cautelis juſtitiam belli quàm maximè ſollicitæ Gentes moratiores concluſiſſe deprehenduntur. Omnium optimè Dn. Mev. *d. l. §. 29.* Ut & non ſine crimine usque quaque habuerunt factum aſpernantis pacem, quæ juſta & ſecura haberi poteſt. Id. *d. l. §. 50.* Quam omninò hoc majori ſtudio inſectari debemus omnes, quo ea magis proprius eſt ſtatus naturæ humanæ, ut tali, & felicior in eo hominum vita. S. Pontifex *in Can. Noli exiſtimare 3. c. 23. q. 1.* ubi pax humana dulcis dicitur pro temporali ſalute mortalium. Hinc tanquam familiare Gentibus inculcat Ariſtoteles *Nicom. 10. c. 6.* commune illud: Bellum gerimus, ut in Pace degamus.

VI.

Denique quod attinet univerſalia illa jura diſpenſans, & ſingulis in civitate accommodans Jus noſtrum privatum: Certè ejus analogiam penitius circumſpicienti facilè obviam erit, quid hâc

in re

in re præſtiterit. Illud ipſum, quod Civibus in Cives conceſſit facultatem, ejus, quod debetur perſequendi in judicio, *pr. I. de act.* paratis non tantum in genere eum in finem variis juris remediis, maximè vindicationibus ad jura in rem, & condictionibus ad jura in perſonam aſſerenda. *§. 1. I. eod.* ſed & in ſpecie uni eidemque ad idem obtinendum pluribus accommodatis, relicto arbitrio, utendi expeditiore, & utiliore. *§. 5. I. Quod cum eo, qui in alien. pot. l. 24. ff. de R. V. junct. §. 4. I. de interd.* vid. Dn. Præſidis *Diſput. inaug. ſub Præſidio* Conſultiſſ. Dn. D. Frommann/ *de elect act. util. per tot. inprimis θ. 42. ſeqq.* maximè adverſus propalam iniquos detentores, ſive furtivitate. *§. 14 I. de act.* ſive violentiâ facti tales. *pr. I. de vi bon. rapt. l. 2. §. 1. ff. eod.* imò & in caſu ceſſantium, aut non ſufficientium, ordinariorum juris remediorum, conceſſis aliis quibusdum extraordinariis & ſubſidiariis. *§. 2. I. de ſatisd. tut. vel curat. l. fin. I. ad L. Aquil. l. 1. §. 1. & 3. ff. de dol. mal. & plur. text.* Illud ipſum, quod, quando ab exterâ gente vel ſingulis civibus, vel toti ſuæ Civitati, iſtiusmodi præſtanda & explenda in reparationem veniunt, violentæ per bellum executioni, contra denegatam Juſtitiam, multitudini gentium, quà talium, hactenus admiſſum, & receptum effectum, in foro quoque ſuo non ſolùm relinquit, vid. ſupr. *th. 2. & ibi all. ll.* ſed in ſpecie bellicæ recuperationi rerum ab hoſte ereptarum omni modo favet, *l. 12. pr.* ibi: *ſpem revertendi civibus in virtute bellicâ magis, quam in pace Romani eſſe voluerunt. ff. de captiv. l. 19. pr. l. 20. §. 1. l. 21. pr.* ibi: *publicè præda virtute militum recuperata. l. 26. ff. eod.* id omninò & hanc recuperandi facultatem, quoad usque nempe ſua ſe virtute extendere poteſt, permittere & comprobare perhibendum eſt. Et quamvis violentia facti præceptis Juris noſtri omnimodo videatur damnata, *l. 13. ff. quod met. cauſ. l. ſi quis in tantam, 7. & fere t. t. C. unde vi. rubr. & l. un. C. Ne quis in ſua cauſ.* tamen id ſaltem eſt *in ſtatu vigentis judicii,* ſecus omninò *in ſtatu exulantis & ceſſantis*, ſive *ad tempus*: ubi nempe repentini auxilii neceſſitas vel jurisdictioni aliàs ſubjectum, in ſtatu naturæ ſubſidiario collocat, & liberam reſiſtendi facultatem tribuit, *l. 3. ff. de J. & J rubr. & l. un.* ibi: *melius occurrere in tempore quàm poſt exitum vindicare. & in fin.* ibi: *ut nullus parcat militi, cui telo obviare oporteat ut latroni. C. Quand. lic. unic. ſin. jud.* vel aliàs, ubi indulgentia ſuperioris proprium recuperantis momentaneum factum pro non illegitimo, & facto qſ. judicis habet. *l. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm.*

Hinc quomodo violentia legibus exoſa: *np.* in ſtatu judicii vigentis; *non v.* ceſſantis *ſive* ad tempus.

ſive perpetuò

arm. junct. l. 11. ff. de A. P. vid. th. 24. ſive *perpetuò & omnimodo:* ubi utraque pars lædens & læſa, ſuperiorem, præter DEUM, non agnoſcens, omni Jurisdictioni humanæ, quamdiu in ſtatu iſto naturali manet, & quatenus ſuâ ſe ſponte non ſubmittit, exempta eſt, non niſi virtute bellicâ ad juſti præſtationem adigenda. In quos quadrat illud Thucydidis: *Quibus vi uti licet, judicio decertare nil opus habent:* tali ſcil. quo pro Imperio, res definiatur, & cum neceſſitate ſtandi ſimpliciter alterius arbitramento: idque ex jure æqualitatis, quæ ſtatum naturalem comitari dicitur Puffend. *d. tr. 5. c. 13. §. 2. ſeq.* Hoc eſt, quod aliàs dicitur: *Ubicunque deſinunt Judicia, incipiunt bella.* vid. Grot. *de J. B. & P. 1. c. 3. §. 2.* Eodem reſpectu & Jus Pontificium pro juſtificâ belli causâ agnoſcere ſuſcipiendam rerum iniquè ereptarum recuperationem, probatur *Can. Dominus noſter 2.* ibi: *vel reddere quod per injurias ablatum eſt, c. 23. qu. 3.* ap. Vultej. *d. conſ. 48. num. 127.*

VII.

Efficientem proximam: & Subjectum, quod jus habet gerendi belli, vel in genere, np. Habens majeſtatem aut veram aut analogam; qualis eſt in ſtatibus J. R. G. Imperatorem pro capite agnoſcentibus.

Cauſa effectrix proxima hujus Recuperationis quænam ſit, facilè patebit conſideranti Subjectum, in quod cadat jus gerendi belli, *vel in genere*, vel *in ſpecie* rerum ſuarum *recuperativi.* Quantum *ad illud*, cum jus belli ſit particula juris Majeſtatici, conſtat, nemini belli jus proprium eſſe, niſi qui, ſ. bello alium laceſſat, ſ. ipſe ab alio impetatur, majeſtate pollet, aut *propriè ſic dictâ*: vigore cujus neminem plane recognoſcit ſuperiorem in his terris: aut *analogâ, ſ. æmulâ:* qualis competit ſingulis Statibus Imperii noſtri R. G. vi ſuperioritatis Territorialis, & ex quâ illi quoque jus belli habent in ſuis territoriis, licet cæteroquin Imperatorem noſtrum, hactenus vere invictiſſimum, pro Sacratiſſimo Imperii totius capite agnoſcant, indeque ſi ſine hujus permiſſu in alterius perniciem & invaſionem arma capeſſant, violati territorii, & fractæ pacis publicæ, rei habeantur. *Rec. Aug. de Anno 1555. §.* Wo ſich aber / *cum ſeq.* & aliis pluribus Imp. Conſtitutionibus. Gail. *de P. P. 1. c. 4. n. 1. ſeqq.* De quibus nobis non licet hîc eſſe prolixioribus: neque enim id noſtri eſt inſtituti: neque nobis conveniet, luci facem accendere, cum hæc jam ſatis accuratè perſcripta legantur ap. Excellentiß. Dn. Pregizer, *in diſſert. de Jur. Maj. circa Bell: & Pac. th. 5. ſeqq. & th. 29.* ubi, quomodo Statibus Imperii *univerſim ſumtis*, & quomodo *ſingulis* in ſuis territoriis hoc jus competat; conf. *th. 21. & 22.* Id tamen prætererire non poſſumus,

mus, ſæpiùs ex diverſo illo reſpectu contingere, ut Principes noſtri Imperii, alius adverſus alium, exercitum educat, antea laceſſitus, non tantùm ut executor Juſtitiæ, ſed & ut hoſtis: Qualia non eſſe oppoſita, ut nunquam re ipsâ ſimul eſſe, h. e. uni eidemque attribui poſſint, ſed diverſa: ideoque ſe mutuo non tollere: quoniam re ipsâ ſimul eſſe, & uni eidemq; ſimul attribui poſſunt, oſtendunt Anteceſſ. Marpurg. ap. Vult. *vol. 4. conſ. 48. n. 255.* *Vnde ſæpiùs alius adv. alium reſpectum ſubit & Executoris juſtitiæ, & juſti hoſtis*

VIII.

Quod attinet verò *in ſpecie bellum recuperativum*, ejus gerendi, &, mediante hoc, rerum recuperandarum facultas eſt penes eos ſummi Imperii Præſules, quibus ad res virtute bellicâ recuperandas, jus 1. *natum* eſt, & 2. quod ſemel natum *jus adhuc durat*, nondum iterum extinctum. Et quoad 1. quidem, naſcitur illis jus ad recuperationem bellicam *ex facto* adverſæ partis *hoſtili*, vel *poſitivo*: quo Reip. vel hujus membris & civibus, manu bellicâ, iniquè ab alterâ parte præripiuntur ad illos ſpectantia, & pertinaciùs detinentur: ubi ſua ſibi per vim erepta repetens ſimile accipit reſponſum, quod olim Legati Sigiſmundi Imp. Bulgariam repoſcentis à Bajazethe reportaſſe feruntur: *Quæritis quo jure Bulgariam occupem? hoc*, inquit, *monſtrato exercitu ad pugnam inſtructo. Proinde, ſi Imperator veſter meliori jure ſe niti exiſtimet, prodeat, ac libellos ſuos exhibeat; Spero me tales cauſæ meæ patronos producturum, qui tabulis ejus per omnia probè ſatisfaciant*: quomodo ex Pont. Heuter. *l. 3.* rer. Burgund. *c. 2. p. 55.* hæc recenſet Excell. Dn. Petr. Müller, Jct. Jenens. meritiſſ. *Diſſ. de cop. auxil. ſtat. Imper. th. 1.* Tum enim utique nil obſtat, quin Princeps gladium ſtringere, & quæ ita violenter & per injuriam ab extraneis ablata detinentur, virtute bellicâ iterum extorquere poſſit. *arg. l. 19. pr. ff. de capt.* non tantùm ſi toti Reip. ſed & ſi ſingulis ſaltem ex eâ damnum iſtiusmodi illatum ſit. Nam ſicuti Reip. aut ſceptrum tenenti cura ſingulorum & protectio incumbit adverſus injuriam & vim concivium malè feriatorum, *fac. l. 1. §. 12. ff. de Off. Præf. Vrb. l. 13. ff. de Off. Præſ.* ita & adverſus exteræ gentis violentos oppreſſores & raptores, *Pſalm. 82. verſ. 3. & 4.* Joh. Lup. *de Bello & bellat.* §. *iſta n. 2. circa fin.* Eſſet enim aliàs innocentium ſubditorum iniqua conditio, ſi de injuriis à Tyrannis, & raptoribus, & latronibus ſibi illatis, per Remp. aut Principem, ſumere juſtam vindictam aut compenſationem non poſſent, uti colligit Molin. *de I. & I. 2. D. 99. n. 7.* ut taceamus,

vel. in ſpecie Recuperativi: *cujus Subjectum ſunt* quibus jus *&* natum eſt *&* adhuc dum durat. Quà 1. *Naſcitur jus ex* facto hoſtili *vel* poſitivo eoque nocivo *ſive* Reip. *ſive* membris. Ejus. Ratio.

vel Negativo: inde quomodo & quando jus bello res ſuas repetendi reſultet.

mus, & in ſingulis ipſam Remp. læſam videri; *vel negativo:* quo injuria fit detrectando, vel reſtitutionem ejus, quod Reip. aut hujus ſubditorum, adverſa pars, ſine juſto titulo, penes ſe habet, vel aliàs præſtationem ejus, quod hæc illis indubiè debet. Quâ ratione enim Princeps iſtiusmodi in caſibus, jus dicit ſubditis ſuis & rectè exequitur: neque enim injuriam habet executio juris. *l. 33. ff. de injur.* ita quoque idem ei incumbit in caſibus, ubi ipſi cum illa Rep. cum quâ contendit, communis nullus eſt ſuperior, aut judex: modò tamen non ſtatim temerè, ſine neceſſitate, & haud tentatis mediis lenioribus, vid. *th. 4.* ad arma provolet, inprimis in caſu, ubi non publicâ authoritate, ſed injurioſo privatorum facto juſtitia & effectus juris denegari cœpit. Sic namque nondum jus erit, ob illam injuriam à privatis factam, totam ſtatim Remp. bello infeſtare, præterquam, ubi hujus culpa concurrit, omiſſionis ſaltem, non adigendo illos ad ſatisfactionem, identidem petitam, rei injuriâ detentæ, aut debiti denegati. Extra hunc caſum enim, & quando ſumma poteſtas, ab alterâ parte læsâ, vel in ſe, vel in ſuis, nondum eſt interpellata aut admonita, de cogendo ſubditos ſuos ad ſatisfaciendum, ſi pars læſa, aliam, ex cujus medio læſio contigerit, ſtatim violenter impetere vellet, hactenus jus adhuc deficeret: quippe negotium adhuc eſſet cum eo, qui jurisdictioni alterius ſubjectus eſt, cujus forum pars læſa non immeritò ſequitur, tanquàm alius quivis actor. *l. f. C. ubi in rem act.* vid. Grot. *de J. B. & P. 3. c. 3. §. 6.* Quâ interpellatione factâ ſi juſtitia non adminiſtretur, tùm demum, in ſubſidium & defectum Judicis illius proprii, ipſa Reſp. læſa, aut ejus Princeps ſubit quaſi rationem Judicis & executoris, *per dict. Can. Dominus noſter 2. c. 23. q. 2.* Molin. *d. tr. 2. D. 100. n. 5.* Neque aliud juris eſt, ſi res e. gr. noſtræ ab adverſâ parte ſaltem per meram ignorantiam hactenus detinentur. Nam & ſic, ſi urgentibus rationibus noſtris locum dare non vult, licebit nobis quæ noſtra ſunt, ex ejus poteſtate, bellicâ manu, extrahere; ſicuti & aliàs in Judicio Judici licet manu militari rem vel b. f. poſſeſſori excutere *l. 46. l. 68. de R. V.* Delicatiùs tamen cum tali agendum, & quanto minori ejus jacturâ fieri poteſt, ſi ignorantia non adeò vincibilis fuit, quæque ſaltem præſumptionem inducere poterat, rem conſiſtere in terminis injuriæ materialiter ſic dictæ, Conf. Molin. *2. D. 202. n. 3. ſeqq.* Quamvis ſi ſerventur, quæ cuilibet bellum ſuſcepturo tenaciùs obſervanda commendantur, ut nempe maturo Judicio,

Quid ſi per meram ignorantiam reſtitutio denegetur:

Hac quomodo plerumque ſecum vehat culpam.

cio, pro rei pondere, gravitate, & difficultate in rem inquiratur, auditis quoque adverſariorum rationibus, adhibitoque prudentum ſincero conſilio, de re ſtatuatur. Id. *D. 203. n. 1. ſeqq.* vix eſt, quin culpa ſubſit ex parte reſtituere nolentis, ſaltem præſumta, quam & locum facere poſſe juſtitiæ, exigendarum belli impenſarum, Id. *d. l. n. 6.* ſtatuit Conf. Grot. *2. c. 23. §. 13. In bello,* inquiens, *vix eſt, ut temeritas ſaltem omnis, & dilectionis defectus abſit, ob negotii ipſius gravitatem, quæ omninò talis eſt, ut cauſis probabilibus non contenta, quam maximè evidentes requirat.*

& quid inde juris?

IX.

Quâ r[illegible] *jus natum* durare *dicitur quando* nulla factâ remiſſio *per* Pacificationem *quâ jus competens extinguitur.* *Quod* ſimili *illuſtratur.* *Vapulant eo nomine prætextus* Dependentiarum *&* Reunionum. Ratio.

Quoad 2. jus, quod ſemel natum, durare dicitur, quando nullâ extinctum habetur vel donatione, vel diviſione, vel compenſatione ad invicem factâ, vel alio quocunq; renunciationis & ceſſionis modo, qui pacificationem comitari ſolet. Hâc tali etenim ſubſecutâ, omne omninò jus, ex quo facultas ad recuperandum adhuc ſupererat, ceſſat, & eſſe planè deſiit, ita ut, ſine quidem ſuperveniente novâ causâ, nec reviviſcere, nec reſuſcitari, ſine notâ iniquitatis, poſſit: eôdem modo, ut in foro Juris noſtri Civilis non datur regreſſus ad actiones remiſſas, vel extinctas. *l. 14. §. 9. ff. de ædil. ed. l. 27. §. 2. verſ. ſed ſi pactum ff. de pact.* perindeque habetur, nullamne habeam actionem, an talem quæ ipſo jure eſt extincta. *l. f. C. de accept.* quâ de facto conventus ſe tueri poteſt ſaltem exceptione facti, & actionis non competentis, & Judex, poſitis ponendis, pronunciare ſolet: Daß Klägern wieder Beklagten keine Klage gebühre / dieſer auch ſich einzulaſſen nicht ſchuldig. Infamis eſt hoc reſpectu, & vanus, omnis Dependentiarum, Reunionum, aut quo nam alio nominis involucro iniquitatem ſuam mentiuntur, prætenſionum aliarum commentitius & larvatus nexus, ſub cujus ſpecie hactenus tota ferè Germania ex vicinitate illuditur, & bellorum diris malis hodienum fatigata deprehenditur. Pacificatione enim & tranſactione factâ de iis, quæ motibus hoſtilibus, aut diſſenſionibus aliis anſam dederunt, ſi quod ceſſum eſt, ſi quod alterius imperturbatæ poſſeſſioni relictum, dominium & jus totum, quantum quantum fuit, etiam in re injuſtè ereptâ acquiritur detentori, cum ultimâ firmitate, ita ut nequidem prætenſionis jus, tanquam cui per pacificam conventionem renunciatum; remaneat: cùm & Poſſeſſoris manere intelligantur, de quorum reſtitutione expreßè nil fuit conventum, teſte Dn. Puſend. *de I. N. & G. 8. c. 6. §. 23.* Contrà verò, ſi bellum pace nondum compoſitum, etiamſi res nobis erepta in hoſtium poteſtate ſit, jus & prætenſio remanet ad

Secus Pace nondum firmatâ.

rem

Ratio.

Hic tamen aliud incumbere Principi ex Juſtitiâ adverſus exteros, hoſtes: aliud ex Juſtitiâ in ſuam Remp. & ex capite Prudentiæ. Vnde ad evitanda majora mala de jure ſuo aliquando remittat.

rem iſtam, quandocunque vires ſuperfuerint, hoſti iterum extorquendam. Pufend. *d. l. §. 20.* Namque per captivitatem quidem, modò conjuncta ſit cum firmâ poſſeſſione. *ſec. 6 2.* ſtatim aliàs dominium rei captæ habetur acquiſitum, ſed valiturum tantùm adverſus tertium quemvis pacatum, non cum pleniori jure adverſus eum, cui res erepta, antequam accedat pacificationis ſanctus nexus. Id. *d. l.* His itaque in terminis quibus jus natum ad recuperandum, nec quod natum fuit, hactenus nondum extinctum eſt, ſicubi in ipſam recuperationem animum actualiter appellunt, viresque intendunt, rectè cauſa effectrix hujus recuperationis bellicæ perhibentur; quibus tamen *ex capite prudentiæ, & Juſtitiæ in ſuam Remp.* aliud incumbit officium: ne ſcil. inconſultè & improvidè, cum periculo majoris mali in ſe ſuosque redundaturi, quàm inulta ſecum fert injuria, & ſpes boni inde fortè extituri, ad hanc bellicam recuperationem, aut recuperativum bellum provolent, etſi cæteroqui jus ad id habeant indubium. Scilicet ex neglectâ diſtinctione juſtitiæ, alius in tali negotio *adverſus exteros malefactores & hoſtes;* alius vero erga *innocentiam & ſalutem ſuæ Reip.* Majeſtati impenſius obſervandam quam commendat Molin. *2. D. 102. num. 8.* facilè contingere poteſt, ut quod bellum *per ſe* juſtum, fiat injuſtum & illicitum *per accidens*, ratione damnorum, incommodorum, impietatis, truculentiæ generum, & periculorum, quibus Reſp. noſtra miſerè per bellum iſtud objectetur, enervetur, vaſtetur, & evertatur, neceſſe eſt; maximè ſi res nobis ſit cum tali, cujus viribus longè ſuperiorem potentiam noſter qualis qualis apparatus, nec ex ſe, nec aliunde fœderibus ſatis ſuffultus, exæquat, cujus reſpectu de jure ſuo cedere maximum ſæpè eſt lucrum. vid. Dn. Cancell. Oſiand. *ad Grot. 2. c. 24. th. 1.* Gail. *de P. P. c. 4. n. 43.* Bocer. *de bell. c. 4. num. 4. ſeqq.* Pufend. *d. l.* §. 2. Molin. *d. tr. 2. D. 107. num. 6.* Id quod ſumma poteſtas facere debet & poteſt, non tantùm, ſi damnum Remp. directo contingit, ſed & ſi privatorum ſingulorum res agitur. Nam & quæ his data ſunt damna, illorum, eo in caſu, ubi res aliter componi, aut in ordinem, ſine notabili totius Reip. diſcrimine, redigi nequit, remittendorum facultatem Princeps habet: Non minùs ut aliàs, vi dominii ſupereminentis, bona privatorum pro conſervando publico egregio devovere, & hoſtibus tradere poteſt. Pufend. *d. lib. 8. c. 8. §. 3.* Utilitas enim publica, cujus fundamentum in tranquillitate eſt, præferenda eſt privatorum juribus

Majeſtas an id poſſit, in rebus privatorum? R. Aff. Ratio,

ribus & commodis, qui damna illata ſusque deque habere debent, dum à metu majoris mali liberantur. Joh. Lup. *de Bello & bellat. §. Placet & § ſeq. Si benè. n. 1.* poſt Gail. *2. O. 57. per tot. aliosque.* Mev. *ad Jus Lub. d. lib. 4. t. 1. art. 10. n. 9.* Quamvis æquiſſima ſocietatis lex ſuadere videatur, ut damna iſta per reliquos Cives pro ratâ ſarciantur, aut etiam ab ipsâ ſummâ poteſtate, ipsâve Republ. compenſentur, vel ſtatim, vel ubi ſolvendo eſſe cœperit: præſertim ſi nulla ipſorum peculiari culpâ bellum excitum fuerit, per textum hanc in rem elegantem *in l. 52. §. 4. ff. pro ſoc. & t. t. ff. ad L. Rhod. de jact.* Pufend. *d. l. 8. c. 8. §. 3.* Add. Gail. *2. th. 50. n. 8. ſeqq.* Klock. *de contrib. c. 17. n. 260. plur ſeqq.* ubi latiùs, pro & contra, quæ in hunc juris articulum commodè trahi poſſunt, examinat. Quod quidem ſanctitas juris probat, ſed inculti ſeculi mores repugnant, teſte communi ferè experientiâ. Pufend. *d. l.*

Quomodo damna illa penſari jubeant jura? *Quomodo* mores?

X.

Objectum Recuperationis hujus bellicæ aliud *materiale eſt*, aliud *formale*. **Materiale** ſunt in genere omnes illæ res, latiſſimè ſic dictæ, *l. 5. l. 23. ff. de V. S.* quæ objectum conſtituunt captivitatis bellicæ. In ſpecie, *perſonæ*, eæque vel univerſæ, vel ſingulæ: & *res*, in ſpecie ſic dictæ: eæque vel incorporales, vel corporales: & hæ iterum vel immobiles, vel mobiles. vid. Schüz. *in comp. Laut. ff. de capt. & poſtlim. in O.* Conf. Grot. *de J. B. & P. 3. c. 6. ſeqq.* ibique laudat. Dn. Kulpis. *in colleg. Grot.* Bocer. *de bell. c. 15. per tot.*

Objectum *& vel* Materiale: *idq; in genere* res in bello occupabiles *in ſpecie* Perſonæ & Res &c.

X I.

Formale ſunt res, in complexu illo latiſſimo, jam actualiter occupatæ, & detentæ, ab hoſtibus quidem, & iniquè. Hîc cum res ipſa in duo ſe dividat membra, ordine videbimus, 1. quinam hîc loci *hoſtes*, aut quænam res ab hoſtibus occupatæ dicantur, ad effectum ſcil. ponendæ aut aſſerendæ alicujus recuperationis bellicæ, 2. quænam res *iniq;* ab iis occupatæ aut detentæ habeantur. Quà 1. hoſtes hîc intelliguntur, non in illâ acceptione *planè generaliſſimâ*, quâ ex judicio Hotomanni *illuſtr. qq. 7.* malâ conſuetudine, dicuntur hoſtes omnes, contra quos arma feruntur, quorum ibi 6. genera recenſet: nec ſaltem in *ſtrictâ illâ*, quam *Solennem* ſuo jure vocat Dn. Kulpis *in diſſert. de privat. in hoſt. excurſ. th. 2.* & quâ iſti tantùm hoc nomine veniunt, qui, in pari nobiſcum libertatis, aut ſummi arbitrii conditione poſiti, nobis, aut quibus nos bellum publicè decrevimus,

vel Formale *uti res tales* ab hoſtibus iniquè detentæ. *Hinc* 1. *Quinam dicantur h. l.* Hoſtes? *ut,* non in generaliſſimâ *nec* ſtrictiſſimâ;

 ſec.

ſec. *l. 24. ff. de capt. & poſtlim. l. 118. ff. de V. S.* Sed in *generaliori*: quâ nempe hoſtes deſignantur omnes exteri illi, qui hoſtili nos premunt manu, noſtra, nobis prærepta, aut denegata, ſibi pertinacius aſſerentes, detinentes: modo *potentes ſint ſimul ex ſuâ parte ſummi Imperii*, tanquam fontis, unde jus belli & pacis in ſummos rerum arbitros dimanat. Quò referendi veniunt, tûm ex ſolenni illâ acceptione, quam diximus, illi, qui publico conſilio bellum nobis, qualiquali ex causâ decreverunt aut indixerunt: tum ii, qui ſine indictione, & vel ex aliquâ causâ juſtâ, jus quidem ipſis dante ad nos bello infeſtandos, modò amica magis & humaniora prius tentata ſint remedia, ſed quibus temerè omiſſis, nec auditis nobis, ad violentiam bellicā proceſsére: vel ſine ullá causá juſtificâ, & vel pacis obtextu, aut ſub amicitiæ ſpecie, nos laceſſunt, hoſtilia undiq; perpetrando: quos non immeritò dixeneris *hoſtes non-hoſtes*: Græcis qui audiunt ἀπόλεμοι πόλεμιοι. Quibus propter aſſimilatum effectum accenſendi quoque veniunt illi, *quibus barbari mores ſenſum humanæ ſocietatis exſurdarunt*, adeò, ut immemores planè ſtatús pacifici, familiari ſibi conſuetudine, (quamvis vix aliter ac vel cum licentiâ, vel impunitate inter ſuam gentem) quaſi nullius imperio, nullius honeſtatis legibus ſubjecti, actus iſtiusmodi, promiſcuá libidine in quosvis vel immerentes, cædendo, capiendo, rapiendo, exerceant, quales cæteroquin ſtatus hoſtilitatis totas inter Gentes coortus, ſuá ſibi licentiâ proprios habet, ad neceſſariò debilitandas hoſtium vires, eosque ita ad ſecuræ pacis & tranquillitatis conditiones adigendos. Cujus generis ſunt, qui latrunculi exteræ gentis dicuntur *in l. 6. ff. de capt. & poſtlim.* Qui etſi negentur hoſtes eſſe, intellige in propriâ & formali acceptione, tamen quia ſunt ex eorum numero, qui neque amicitiam, neque hoſpitium, neque fœdus amicitiæ cum Romanis habuerunt. *l. 5. §. 2. ff. eod.* & quorum proinde barbaries nos planè & in totum excludit à facultate agendi, vid. Dn. Frantzk. *l 2. Reſol. 9. n. 52. & 56.* cuilibet alias, competente ex ipſo juſtitiæ naturalis fundamento, quod domino poteſtatem in res ſuas omnimodò vult illibatam, nec cuiquam hominum jus ſuum detrahi aut denegari. *§. 2. l. de his, qui ſui vel al.* & ex cujus quaſi viſceribus maximam partem enatæ LL. XII. tabb. juſſerunt ejus, quod ſurreptum eſt, æternam eſſe authoritatem, vid. Gell. *Noct. Att. lib. 17. c. 7.* ita ut etiam, quod à latronibus aliàs ereptum, vitio furtivitatis infectum, & inhabile cenſeatur ad uſucapiendum.

l. 27.

l. 27. ff. de capt. Inde iſtiusmodi latrunculi exteræ gentis meritò cum hoſtibus ejusdem, ut loquitur Richter *Dec. 96. n. 225.* prædicamenti habentur, eodemque jure cenſentur, quà effectum ſcil. captivitatis & ſecutæ recuperationis bellicæ: cùm, quod ex noſtris ad eos perveniat, illorum fiat, & liber homo ab eis captus in ſervitutem verè redactus ſit, ita ut quoque jus poſtliminii, in iis locum habeat, *d. l. 5. §. 2. ff. eod.* & ſicubi ab iſtiusmodi homunculis alii rem redemerint, aut commercio quodam acceperint, his ſine pretio ea non ſit aufferenda. *d. l. 6. l. 12. §. 7. ff. l. 2. C. eod.*

XII.

Inde huc non pertinent Res ereptæ 1. à Seditioſis Civibus. Ratio.

Ab hujusmodi itaque hoſtibus ereptæ res cum conſtituant formale bellicæ recuperationis objectum, ex ſe ſuâ ſponte ſequitur huc non pertinere, 1. Res in *Civilibus diſſenſionibus* à tumultuantibus & ſeditioſis civibus, aut ſubditis, aliis concivibus, utut vi, præreptas. Harum etenim recuperatio, quamvis vi armatâ facta, tamen propriè non eſt bellica, cum fiat ex vi coactivâ & Imperio Majeſtatico in ſubditos, vid. Pufend. *de I. N. & G. 8. c. 6. §. 10.* Felden. ad Grot. *1. c. 3. §. 4.* Neque enim ſeditioſi illi motûs, in crimen rebellionis incurrentes, qui belli inteſtini & civilis nomine venire ſolent, propriè bellum ſunt, nec in iis arma gerentes hoſtes, *l. 21. §. 1. ff. de capt.* ſive pauci, ſive integra aliqua multitudo in eo ſint, ut Imperii habenas excutiant, adverſus quam in ordinem redigendam, Reſp. aut ejus caput exercitum educat vel copioſiſſimum, magnitudine periculi ita ſuadente. Nam nec hâc ratione utitur Princeps ſ. Reſp. Majeſtate, quam oſtentare ſolet & debet adverſus æqualem, ſed jure ſuo Majeſtatico in ſubditos proprio. Dn. Ziegl. ap. Dn. Pregiz. *d. Diſſert. de jur. Maj. circ. pac. & bell. th. 17.* ſecus ac ſentit Dn. Hennig. *ad Grot. 1. c. 3. §. 4.* Neque verò iſtis in tumultibus regulariter dominiorum contingit mutatio, deficiente, inter partes, quæ ſunt in uno eodemque civitatis complexu, jure captivitatis aut poſtliminii, *l. 21. §. 1. ff. de capt.* Grot. *3. c. 6. §. 28.* Paul. Franc. Roman. *Diſput. de captivit. §. 10.* cùm in his erepta, non modo durantibus, ſed & ſedatis iſtis motibus à quovis poſſeſſore vindicare liceat: niſi ſuperior edicto, pacis publicæ causâ, aliud ordinaverit: veluti aliàs fieri ſolet ſancitâ generali amneſtiâ, per quam, tam publicæ, quam privatæ, & bello, vel occaſione belli, natæ actiones extinguuntur. Mev. *ad Jus Lubec. d. l. 4. t. 1. art. 10. n. 9.*

Sive illorum pauci ſint *ſive* in multitudinem integram coadunati. Ratio.

Proinde regulariter dominia daturi rei vindicatio. Exceptio.

XIII.

Nec 2. à Prædonibus, cujuscunque generis.

Nec 2. ereptas à *prædonibus*, *graſſatoribus*, *& viarum obſeſſoribus*, in genere qui nobis dici merentur: Räuber / Buſchklöpffer: ſive tales ſint, qui ab exercitu noſtro furtim ſe ſubducunt, excurrentes & deprædantes, in quos incidant: ſive tales, qui exauctorati jam, ex latibulis ſuis in prætereuntes & iter facientes involant, vi extorquendo & eripiendo, quod ſecum ferunt: communiùs qui appellantur: Umblauffende / Gartendeknechte / Herrenloßgeſinde: nequidem ab homicidio manûs continentes: quo caſu nomen latronum, Mörder / magis propriè merentur, vid. Dn Mev. *ad Jus Lubec. 4. t. 11. art. 1. per tot.* ubi plura apprimè huc ſpectantia: contra quorum violentos inſultûs, ſceleſtasque manûs, Imperator & Statûs Imperii plures ſaluberrimas conſtitutiones promulgarunt, ſanctionibusve ſuis muniverunt. vid. Reichs Abſchied zu Augsburg / de anno 1555. §. Setzen demnach / 34. & pluribus aliis, quas citavit Dn. Kulpis. *d. Diſſert. th 3.* Certè tales propriè hoſtes non ſunt. *l. 24. ff. de capt.* nec gaudent iis, quæ Gentium jus inter hoſtes efficacia & valida reliquit & recepit. *l. 9. §. 2. l. 27. ff. eod.* Grot. *3. c. 9. n. 16.* quamvis in eos gladius juſtiſſimo modo ſumatur, tanquàm in promeritâ pœna dignos. *d. Rec. Imp.* §. Würde ſich aber / *36.* §. Wo ſich aber / *37. ſeqq.*

Ratio.

XIV.

Nec 3. à militibus noſtris ex numero aut Concivium aut Stipendiariorum aut Sociorum, ſive tranſeuntibus.

Nec 3. res ereptas aut ſubductas, *alio quovis modo à militibus noſtris: ſive lecti ſint ex numero concivium noſtrorum*, die Landvölcker / Außwahl / etiam quibus militia pro Imperio, vel citra ſtipendium, fuit injuncta: ſive aliunde *mercede conducti*, geworbene und umb Geld gedingte Soldaten: ſive aliàs à *ſociis noſtris* in auxilium noſtræ Reip. transmiſsi, Succurs-Bunds-Auxiliar-oder Hülffs-Völcker: Qui omnes quicquid eripiant noſtris, competente ad id juris remedio, vindicantibus dominis reſtituere tenentur, aut recuſantes adigendi ad reſtitutionem veniunt Imperio Capitaneorum aut Præfectorum ſuorum: idque indiſtinctè, ſive *tranſitum faciant per noſtras, ſociorumque ditiones*: Neque enim jus habuerunt civibus propterea quid aufferendi, cum illis ab his hactenus nil debeatur, etiamſi ſit Imperatoris & nomine Imperii collectus exercitus: qui tranſit. *Conſtit. pac. publ. Aug. de anno 1548. tit. 24. Rec. Imp. de anno 1555.* §. Wo ſich aber über diß / *49. & Ordin. Cam. p. 2, c. 15.* ibi: Und ſo

Ratio.

ferrn

ſern ſie ſich auff uns / oder auff unſern Frl. lieben Bruder / den Römiſchen König anſagen / und deſſelben einen guten Schein und Urkund haben würden / ſo ſoll man ſie gehorſamlich / auff ihren Koſten paſſiren laſſen: Sive tanquam præſidiarii, zur Beſatzung / in noſtris, aut noſtrorum amicorum & ſociorum locis commorentur. Cùm enim defenſores Patriæ vel alterius alicujus loci eſſe debent, ſi quid abripiunt, etſi eo ipſo hoſtium mores imitentur, tamen indigni ſunt juſti bellatoris aut hoſtis nomine, ſed latrones potiùs & prædones audiunt. *l. 24. ff. de capt. l. 118. de V. S.* contra quos non minùs, ac contra raptores & fures, præter alia juris remedia & animadverſiones, dominis rei vindicatio competit. Carpzov. *4. c. 35. d. 10.* Quod non minùs juris eſt in caſu, ubi *in hoſtili terra*, ad defenſionem urbium & caſtrorum diſpoſiti & collocati inveniuntur. Poſtquam enim iſtorum locorum incolæ devicti ſunt, aut poteſtati Victoris, & protectioni hoſtis ſe commiſerunt, contra eos ipſa humanitas bellicum jus delevit: inde quicquid miſeris illis eripitur, nullo modo pro prædâ bellicâ, ſed furto habebitur: præſertim ſi authoritate publicâ non auferatur: ideoque tàm à milite, quàm ab eo, qui ab iſto emit, vindicare licebit. Mev. *ad Jus Lub. d. l. 4. t. 1. art. 10. n. 10. ſeq.* Sive tanquam *hoſpitantes*, & per hoſpitia hinc inde diſpoſiti ſint, in die Quartier verlegt. Neque enim licentia belli, adverſus veros hoſtes non injuſta, ſe extendit adverſus innocentes hoſpites, ſæpius ſatis afflictos ipſo hoſpitii onere: nec amicitiæ jura & benè merita iſtius generis malefactis compenſari decet. Hinc milites qui ruſticos aut alios hoſpites gravant, ab eis exigendo plus, quam de jure dare tenentur, peccare, cum onere, quod inſuper accipiunt, reſtituendi, rectè dicuntur. Molin. *de J. & J. 2. D. 116. n. 9.* ita ut recuſantes ad ejus reſtitutionem non tantum cogendi, ſed & coram Judicio ſuo, aut concilio militari, tanquam prædatores & raptores puniendi veniant: ſecundum expreſſam ſanctionem, der Reuter Beſtallung zu Speyer / Anno 1670. art. 93. ibi: ſondern daß ſie ſich von der Proviant und Futterung / der Tax / Maaß / und Ordnung gemäß halten ꝛc. item: da auch derowegen Klag käme / ſo ſollen die Rittmeiſtere / den armen Leuten an Gelt Erſtattung thun / und ſolches denen Jenigen / ſo es gethan / an ihrer Beſoldung abziehen: Es ſollen auch die Herren und Junckern dann ihre Knechte nach Befindung ihrer

five præſidiariis Ratio

etiam in hoſtili terrâ

Ratio.

ſive meré hoſpitantibus. Ratio

Schuld / und Verbrechung zu der Widererſtattung anzuhalten ſchuldig ſeyn / und ſollen daneben die Thäter für Recht geſtellet / und als Räuber geſtraffet werden. Neque verò in *foro poli*, aut *in conſcientiâ ſuâ* tuti erunt iniqui illi miſerorum vexatores, ex *diſſimulatione fortean, aut authoritate Principis aut Ducis*: quippe qui ipſe eâdem ratione vulnus conſcientiæ ſuæ infligit, tantum abeſt, ut alium inde levare poſſit. Secus tamen omninò eſt, ſi fortè in pœnam quaſi alicujus delicti hominibus illis Principis, aut Ducis authoritate, quæ quaſi latæ ſententiæ vim haberet, gravamen hoc juſtè imponeretur. Aut aliàs, ne quidem *in foro ſoli externo*, excuſabuntur, ex eo, quod *debitum ſtipendium eis non ſolvatur*. Quandoquidem nec ruſtici, aut cives, ipſi *quà ſuas perſonas* ullo modo deprehenduntur obligati militibus, tanquam cum quibus nil contraxere: nec *quà bona ſua*. Roman. *Diſp. de captiv.* §. 34. quia & conventio, ſive factum horum ipſorum, & legis diſpoſitio, quæ aliàs bona alicujus vinculo iſtiusmodi obnoxia reddere poſſunt & ſolent, deficit; ſed, quia inter Principem ſive Remp. & milites contractus, fortè locationi, & conductionis, ut plurimum, intervenit, proinde militibus, ex lege iſtius contractûs operas & ſervitia ſua præſtantibus, tenetur Princeps ex ſuâ parte ad promiſſum & promeritum ſtipendium ſolvendum, aut ex ærario publico, aut ex reditibus ad ſumptûs publicos deputatis, vel contribuentibus ſingulis de Rep., pro qualitate facultatum cujusq;, non verò gravando aut vexando particulariter quosdam de Rep. præ cæteris, quod eſſet injuſtum, etiamſi id Princeps intenderet. Molin. *d.l.* qui tamen *n.10.* hoc limitat in caſu, ubi vel milites in extremâ eſſent famis neceſſitate, quæ legibus coërceri neſcia eſt: vel neceſſarii omninò eſſent ad defenſionem Reip. hominum illorum, neque haberent aliunde ſtipendium, aut unde viverent; tum enim poſſent ab illis vel invitis accipere neceſſaria: quandoquidem ſine magno illorum & Reip. damno diſcedere non poſſent. Princeps tamen teneretur poſtea illis ſatisfacere de ærario, aut reditibus publicis, vel certè liberando illos in poſterum ab aliquo tributo, quousque compenſarent, quæ ita inſumpſerunt. Conf. Perez. *C. de Salgam hoſpit. non præb.* ubi paria his ipſis tradit. Quà ratione an, & quatenus, defendi & ſuſtineri queant, pabulatoriæ militum excurſiones, vulgò das Fouragiren / de eo fortean aliâ occaſione ex profeſſo diſſerendi locus & tem-

& tempus erit. Aut præterea, qui non minus negatæ, â rerum, ad iſtum modum præreptarum, poſſeſſoribus, reſtitutioni communiter obtenduntur prætextus, juvabunt: nempe, quod ſi â ſocio vel defenſore exercitu erepta non eſſent, *hoſtis poſtea victor, aut prævalens de prædator, abſtuliſſet*: quod non permiſſo prædæ contra innocentes lucro *militum alacritas imminuatur*: quod *pro alimentis deprædatio adverſus incolas permiſſa ſit*: & qui ſunt ſimiles. De his ſi judicium noſtrum in genere conformemus ad religionem, ubique ferè in ſcriptis ſuis præ aliis æquitatem ſummoperè ſectantis Mevii *ad Jus Lub. d. l. 4. t. 1. art. 10. n. 13.* ipſiſſimisque ejus verbis terminemus, non erit certè quod pigeat: *ut non examino*, inquit, *an à Duce belli ea juſtè & piè in caſtris tolerentur, ita tamen ea in Judiciis, ubi Judici attendendum eſt ad juris æquitatis regulam, obſervari nequeunt. Nihil enim in iis eſt, unde domino juſtè ſuum auſferatur, & ablatum alteri acquiratur. Quocirca ut aliquando in caſtris licentiæ militari connivendum eſt, ita in Judiciis eorum malitiæ, qui attrahendo pro leviſſimis pretiis ſanguinem alienum, eam incendunt, ſeverè reſiſtendum erit.* Illud hic prætereundum planè non eſt, quod diverſis in locis diverſa veniant ab hoſpitibus præſtanda militibus, modò plura, modò pauciora, & leviora, conſuetudine, ſtatuto, aut aliâ juris diſpoſitione ita definiente & determinante. Sic ex Cajet. Molin. *d. l. num. 11.* notat alicui receptam obtinere conſuetudinem, ut hoſpites gratis tribuant militibus ligna & paleas: alicubi ut ſal, acetum, oleum, aut aliud ſimile gratis præbeant. Quod ſanè innocentiam, modeſtiam & æquitatem priorum temporum retroſpicienti & recolenti ridiculum videri non debet, nec poteſt. Non enim ut nunc ſit, tradendo omnes ſumtus, & cibaria, equis, famulis & eorum meretricibus, uti jam ſuo tempore conqueſtus eſt Caſp. Klock. *de contribut. c. 17. n. 208.* ita & antiquitus hoſpitatio tribui ſolita eſt: quippe quæ apud ipſos Romanos nuda planè erat, ita ut militibus nil præberetur victui eorum, aut jumentorum paſtui neceſſarium, aut aliàs voluptuoſum, pœnâ ſtatutâ tàm in poſtulantes milites, quàm in ſponte offerentes hoſpites. *l. 5 l. 6. C de metat. l. un. C. de Salg. hoſpit. non præſt.* Brunn. *ad dd. tt.* quantumvis ſit vilioris pretii: ne, levi exigendi occaſione arrepta, illi in immenſum abutantur. Perez. *in C. de Salg. hoſpit. non præſt. num. 2.* vid. latiùs de hoc juris puncto exactè diſſerentem D. [illegible] *de metat. militar.*

per tot.

nec alii id genus prætextus

de quibus Judicium Mevii

Variant circa præſtanda militibus locorum jura & mores:

& â caſtitate priorum temporum longè receſſerunt effrenes noſtri ſeculi mores

Quid juris deſuper ap. Romanos ſobrios hâc in re?

per tot. ubi præprimis *in th.40.* demonſtrat, quomodo mores hodierni militibus præter habitationem, vulgò Obdach/ exigere permittant, non tantum ſervitia nonnulla, quæ Galli vocant *les Services*, veluti ligna, candelas, ſal, acetum, lectum, Holtz/ Liecht/ Saltz/ Eſſig und Lagerſtät; ſed & omnem proviſionem, die Verpflegung/ ac erogationem in cibum pabulumque equorum, ità ut ſæpiùs hâc ratione præſtanda veniant, quæ nobis vulgari loquendi modo dicuntur, Obdach/ Mund Portion, Service, Streh/ glatt und rauch Futter. At quanto feliciora illa ſecula? ubi tolerabiliora illa jura obſervabantur, & iſte inſimul diſciplinæ militaris rigor vigebat, ut vel auribus Ducum Præfectorumque militiæ identidem circum ſonent Imp. Aureliani leges, militibus ſuis dictas quas volebat, ad Vicarium ſuum reſcribens: *Si vis ſecurus eſſe, imò ſi vis vivere, manus militum contine. Nemo aliena rapiat, ſegetem nemo, nemo atterat, nemo pullum rapiat, uvam nemo decerpat, annonâ ſuâ miles ſit contentus, & de prædâ hoſtis, non de lachrymis Provincialium vivat. Stipendium in baltheo, non in popinâ habeat*: referente Perez. *C. de metat. n. 14.* vel memoriæ tenaciùs infixum obverſetur exemplum Beliſarii, qui in expeditionem proficiſcens in milites, fructus pendentes incolarum, unde exercitus tranſibat, attingentes acerrimè invexit, verbis ignominiam notantibus: *Vim afferre, & ex alienis paſci, turpe ſemper ac probroſum videtur.* ex Procop. *lib. 4. de bell. Vandal.* Klock. *d. l. & n. 210.* ubi cum Rittershuſ. *in expoſ. method. Novell. p. 14. c. 16. num. 13.* optimè reputat, operæ pretium eſſe, ut inſignis illa & admodum ſalutaris conſtitutio, quam fovet *Novell. 130.* hodie ubivis locorum obſervaretur. Sic etenim vix circumſtarent noſtros Principes, bellorum moderatores & arbitros, tot difficultates in conquirendâ & advehendâ annonâ, ut ſumptibus eò neceſſariò impendendis vel integer exercitus ali potuiſſet: ut taceamus, quid præterea emolumenti publico inde decedat, dum enervati undequaque ſubditi iteratis traductorum exercituum vicibus: & per metatores, aut milites tot artibus, tot violentis modis quaſi expilati, vel planè exules, vel impotentes redduntur ad aliquid in publicas erogandum neceſſitates: quæve injuria ſingulis inferatur, teſtibus miſerorum illorum tot undique repetitis querelis, ad quas vel ipſe laudatiſſimus Imp. Juſtinianus ſubjectos ſuos prudentiſſimè quondam inſtigavit, rejiciendo aliàs in eos ipſos cauſam læſionis, *in d. Nov. 130. Epil.* ibi: *Si contra hæc aliquid agatur,*

& qui

& qui læduntur taciturnitati cauſam tradiderint, ipſi hujusmodi læſionis ſibi autores fient: Quas quidem & modernæ militum licentiæ neceſſitas mirum quantum extorquet, ſed vel inauditas, vel deſtitutas, inconditum ſeculum habet, militiâ ferè in malitiam transversâ.

XV.

Ex iis omnibus facilè dijudicandum venit, quid ſentiendum ſit in illâ, modo aliquatenus delibatâ, juris quæſtione, quam quotidianam vocat B. Dn. Mev. *d. l. n. 18.* An emta â militibus, qui non hoſtibus, ſed incolis, ſociis, aut amicis abſtulerunt, â poſſeſſore reſtituenda ſint, non refuſo pretio? Nempe in theſi quidem ſtandum eſſe, ab Affirmantium partibus. Cùm enim quod vi vel furto ablatum in dominio veri ſui domini remaneat. *l. 23. C. d. R. V.* &, utut per plures manus ambulaverit, arg. *l. 15. ff. de minor.* tamen, quamdiu domini facto dominium ejus rei ab eo non receſſerit, condictioni locus ſuperſit. *l. 10. §. 2. ff. de condict. furt.* per conſequens & rei vindicationi, arg. *l. 1. ff. eod.* quæ itidem manente dominio & ipſa regulariter remanet. *d. l. 23. C. de R. V.* unde & ex illius competentiâ ad rei in bonis noſtris exiſtentiam judicium & argumentum formari ſolet. *l. 52. ff. de A. R. D. l. 23. pr. ff. de R. V.* Et verò quod à militibus, prædonibus & latrunculis eorum, quorum defenſores eſſe debebant, miſeris illis hominibus, non hoſtibus, adeoque non jure belli, ereptum eſt, re ipsâ nil differat, ab eo, quod aliàs violentiæ aut furtivitatis vitio affectum habetur. *l. 27. ff. de capt. & poſtlim.* ita ut etiam poſt ablationem in ſtatu priſtino maneát, ratione ſc. juris ſui, quo in bonis adhuc dum computatur ſpoliati, nullatenus rapienti acquiſitum. *d. l. 27. fac. l. 119. §. 2. l. 24. ff. eod.* Proinde quod ipſi non nacti ſunt dominium latrunculi tales, in emtorem aut ſimiles transferre non poterunt. *l. 20. pr. ff. de A. R. D. l. 54. ff. de R. I.* neque Domino jus ſuum intervertere, quod in eo conſiſtit, ut ad iſtum modum prærepta jure dominii à poſſeſſore vindicanti, etiam ſine pretii reſtitutione, reddenda veniant. *l. 2. C. de furt. l. 3. l. 23. C. de R. V.* ipsâ vi verbi *vindicare* id ferè inferente. Propriè enim & in ſe vindicationi nil commune eſt cum pretii perſolutione: & incompatibilia non incongruè dicuntur: dominum eſſe alicujus rei, & eandem denuò emere, quod fieret refuſo pretio. Neque enim qui pretio interveniente rem actione aliquâ quærendam habet, eam obtinebit reali, ſed potiùs condictione & perſonali actione. *§. 14. ſeq. I. de act. l. 25. pr. ff. de O. & A.*

Q. inde: Empta à militibus talibus prædonibus an vindicari poſſint à Domino? & â poſſeſſore an reſtituenda veniant non refuſo pretio? *Et in theſi quidem* Aff. Rationes.

vid. Frantzk. *2. Reſol. 9. n. 83. ſeq.* Et ad hæc conformiter toties quoties in obveniente tali caſu judicatum & reſponſum deprehenditur. Sic apud Carpz. *p. 4. C. 35. D. 10.* commoda hanc in rem proſtat ſententia, Anno 1683. menſ. Febr. his verbis lata: Seyn von den Schwediſchen und Chur-Fürſtl. Sächſiſchen Soldaten denen Unterthanen gleichfalls Pferde/ Rind/ und ander Vieh abgenommen/ und in die benachbarte Städte und Dörffer wieder verkaufft worden: So werden ſie den vorigen Eigenthumbsherren **ohne Entgeld** billig reſtituiret/ und wieder abgefolgt/ und die Eigenthumbsherren mögen den Käuffern daß dafür außgezahlte Geld / NB. **weil bemeldte Soldaten ſich als Freunde in dieſen Landen aufgehalten** / wieder zu geben beſtändiger weiſe nicht angehalten werden. &c. & apud Richt. *Deciſ. 96. n. 103.* egregium aliquod, & ſanè cum omnibus ſuis circumſtantiis optimè huc quadrans reſponſum exhibetur, anno 1640. menſ. Jan. à Scabinatu Jenenſi datum Senatui zu Neuſtadt an der Orla, h. v. dieweil Euren Bürgern nicht gebühret/ ihres durch die Plünderung erlittenen Verluſts / ſich dergeſtalt mit ihres nechſten Schaden zu erholen / und das andern Leuten abgeraubte Viehe zu wieder Anrichtung ihrer künfftigen Nahrung wiſſentlich an ſich zu bringen / die Schwediſche Soldaten auch angeregtes Vieh: NB. nicht jure belli; **ſondern auf Straſſen/Städten/Flecken/und Dörffern/ wider ihre Artickelsbrieffe den Leuten entweder heimlich entwendet/ oder mit Gewalt abgepreſſet** / und in des H. Römiſchen Reichs Abſchieden klärlich verſehen / daß weder die Reuter noch die Fußgänger/ wañ man auch gleich in der Feinde Land/ und doch auf deß Reichs boden ligen würde/ Beute machen und plündern/ ſonſten aber/ und ſo ſie deßwegen verbrechen würden/ ernſtlich geſtraffet werden ſolten: So haben dahero / und bey ſolcher Beſchaffenheit gemeldte Schwediſche Soldaten **an ſolchen mit Gewalt und Unrecht abgenommenen Vieh/kein rechtmäßig** Dominium, **und Eigenthumb überkommen / auch dahero daſſelbe auf andere Leute beſtändig nicht** transferi**ren/ und durch Verkauffung / bringen können:** derowegen dann eure Burger / ſo dergleichen an ſich gehandelt / oder innen haben / alle und jede Stücke denen vorigen rechten Eigenthums Herren / wenn ſie zu forderſt ihr Eigenthum/

wie

wie zu Recht erheblich / beygebracht und erwieſen / auch ohne Entgeld wiederumb aus zu antworten und abfolgen zu laſſen verbunden. Hinc & publicis prudentum Magiſtratuum aut Superiorum edictis ſubjectos ab iſtiusmodi coemtionibus per certas pœnas deterreri ſolere, teſtis eſt Mev. *d.l.* & his in terris non ita pridèm à Sereniſſimo Legislatore, ad coercendas militum deprædatorum improbas manûs, factum eſſe novimus. Contra quæ nil poſſeſſores juvare valet, quod alioquin res, quæ incidêre in manus latronum & improborum militum, vel planè non, vel difficulter actione aliquâ recuperatæ fuiſſent: valde difficile autem pro impoſſibili reputetur. *l. 4. §. 1. ff. de ſtat. lib.* quæ ratio ſupponi ſolet â nonnullis, cur in caſu *l. 6. ff. de capt. & poſtlim.* redemptori rei, â latrunculis exteræ gentis captæ, pretium reddi conveniat. Etenim impoſſibilitati nec omnis difficultas, nec ſimpliciter æquiparatur. *l. 2. §. 2. l. 137. §. 6. ff. de V. O.* & ſufficit hîc, quod detur proſecutio, licet cum difficiliori ſæpius eventu conjuncta: cui ſi vel Dominus non inſiſtat, de ſe queratur, ſibique imputet: vel ſi inſiſtenti jus non adminiſtretur, facti id eſt, quod in cenſum & reputationem juris non venit. *l. 12. de off. Præſ.* Frantzk. *d. 2. Reſ. 9. n. 55.* Et utut aliquando præ nimiâ licentiâ militari, & conniventiâ Ducum ſ. Magiſtratuum militarium contra prædones ipſos infeliciter ſæpius contendat ſpoliatus, tamen id non enervat punctum juris in caſu rei, ab iſtis in alium alienatæ, feliciùs in effectum deducendi in foro huic competente, ubi exactior juſtitiæ ratio & diſtributio habebitur, pro exactiore eo & deliberandi & decidendi ordine, qui Judiciariæ diſceptationi proprius eſt. conf. Richt. *d. l. n. 125.* & quæ *in §. 14.* ex Mev. attulimus, his ipſis lucem fœnerantia. Quod attinet diſpoſitionem *d. l. 6.* ejus vera & genuina ratio eſt, quod barbaries, & inconditus ſenſus, exteræ illius gentis, nullam admittant actionem contra latrunculos ſui censûs, qui exinde hoſtibus aſſimiles, ſaltem quâ effectûs, habentur; quod ſecus in militibus noſtris prædonibus, qui coram præfectis ſuis omninò conveniri poſſunt, & coerceri debent. *l. 13. §. 4. ff. de re milit.* Frantzk. *d. l. n. 52. ſeqq.* ubi teſtatur, exempla eorum non rara eſſe, qui non tantùm res raptas reſtituere coacti fuerunt, ſed etiam, qui juſtas propterea dedêre pœnas. *In hypotheſi* v. & concurſu certarum circumſtantiarum quin aliquando, ſaltem externâ ratione, juſtum judicari poſſit,

Circa quod punctum dubia quædam moventur & eximuntur.

in hypotheſ.

ſit, ut res, niſi refuſo pretio, non reſtituatur, nos in totum negandum non cenſemus: Quò faciunt verba ſententiæ, quam recenſet Carpz. *p. 4. C. 35. D. 8.* initialia, junctis finalibus: Ob nun zwar die Eigenthumbsherren die ihnen abgeraubte Sachen innhalts der Rechte/ ſonſten ohne Entgeltnüß von den Beſitzern wieder abzufordern wohl befugt. ꝛc. ꝛc. So ſeyn auch die Eigenthumbsherren nach Gelegenheit diß Falß/ und NB. **derer darbey mit einlauffenden Umſtände/** jedoch auf vorhergehende Beſcheinigung deß Eigenthumbs/ dem Käuffer das außgelegte Kauffgeld wieder zu erſtatten ſchuldig. In ſpecie verò iſtiusmodi circumſtantiæ, quæ Judicem à communi juris regulâ dimovere poſſent, dari & haberi ſolent, veluti, ſi publico conſenſu per ſuperiorem talia emendi poteſtas facta ſit, ex neceſſitate fortean, ne res nobis ereptæ, cum noſtrâ egeſtate & annonæ inopiâ, etiam publico nocivâ, ad exteros, ubi vendere licet, exportentur, & dominis etiam pro pretio ſua redimendi occaſio abeat: Qualis peculiaris ſanctionis in Ducatu Gothano exemplum adducit Frantzk. *d. l. in addit.* ibi: Daß in Fällen/ wann gantze Armaden, oder unabwendliche ſtarcke Trouppen durch marchiren/ oder auff etliche Tage im Lande ſtill ligen/ und/ wie es zugeſchehen pflegt/ auch wohl hauffenweiſe Pferde und Vieh abnehmen/ und offt um ein geringes wider los ſchlagen/ **einem oder dem andern bevor und frey ſtehen ſolle/** aus Chriſtl. Liebe dem Jenigen/ der die Pferde und das Vieh/ **damit es nicht gäntzlich aus dem Lande an andere entlegene Oerter weg/ und fort getrieben werde/** verlohren/ zum beſten biß auff den vierten Theil deß wehrts ſolch abgenommenes Gut an ſich zubringen/ oder ein zulöſen/ jedoch ſolcher Geſtalt ꝛc. ubi notandum, quod reſtrictum id ſit ad modicum pretium, cum conditione id ſignificandi Magiſtratui: pecora non ſtatim mactandi, ſed ad minimum per 6. ſeptimanas; alia verò mobilia per annum reſervandi: pecora ad paſcua publica abigendi, vel ad conſuetum laborem publicè adhibendi; contrà verò ab alterâ parte refundendi pretium tale, & neceſſarios ſumptûs in pabulum erogatos: ibi: Daſſelbige mit Erſtattung deß ausgelegten Geldes/ und Abtragung der nöhtigen Fütterung von ihm/ inmaſſen er dann daſſelbige krafft diſes zu thun ſchuldig ſeyn ſolle/ wieder zu ſich gelöſet werden möge. add. Carpz. *d. D. 8.* vid. omninò Mev. *d. l. n. 18.* ubi dicit ſe opinari indefinitè de hoc nil

poſſe

poſſe conſtitui ob circumſtantiarum diverſitatem: & *n. 20. ſeqq.* ubi plures exhibet exceptiones à regulâ juris diverſum quid, & refuſionem pretii, urgentes: quarum in numero præter 1. modò adductam, præjudicio aut exemplo à nobis firmatam, ſequentes recenſet: videlicet 2. ſi Dominus recipiendi aut reluendi poteſtatem habuit, ſed ſciens omiſit, maluitque res ſuas relinquere deprædatori, quàm pro modico pretio reluere. 3. Si adſtans emptioni, vel etiam aliter ſciens non contradixit, ſed alium emere paſſus, ut ab eo faciliùs quàm à milite rem vindicaret; emptor verò neſcit, conditionem rei venditæ. 4. Si domini negotium in ipsâ emptione utiliter geritur: quod multifariam contingit, veluti ſi miles extra provinciam vendit, vel in alio loco ac ubi dominus habitavit, ut grave & difficile futurum fuiſſet domino rem ſuam perſequi; ſi res, niſi empta, dudum periiſſet; Si conniventiâ ducum prædari militibus permittitur, quò eo obſequentiores ſint, nec eorum ope reſtitutio impetranda eſt: Si aliàs recuperandi ſpes, & media præſentia non fuiſſent. 5. Sec. multorum traditionem, ſi emptor publice proteſtatus, ſe emere pro Domino: quam ita accipit, ſi non reperiatur proteſtatio tegumentum fraudis & avaritiæ. Sed quas non omnes ita comparatas eſſe deprehendimus, ut iis ſimpliciter, poſitis quidem in terminis, acquieſcatur; ſaltem in puncto juris aliquas videntur pati poſſe inſtantias. Quod vel ex ſuprà deductis potiorem partem dijudicare licebit, in ipſo conflictu fortean latiùs examinandum.

& aliæ

ſed de quarum exactâ juſtitiâ dubitare licebit.

XVI.

Quà II. quod dictum eſt *th. 11.* pertinere quoque ad formale Recuperationis noſtræ objectum, ut nempe res ab hoſtibus occupatæ aut detentæ ſint iniquè: Tenendum eſt hîc iniquè ereptas res & detentas dici ex conditione iniquæ & vitioſæ captivitatis aut occupationis. Hæc autem vitioſa erit maximè, quando vitium aliquod aut ſigillatim, vel in *causâ*, vel in *modo*; aut copulative, utrinque *& in causâ*, *& in modo*, belli adverſus nos ſuſcipiendi, actusque hoſtiles exercendi, ſe oſtendit. In *causâ* vitium eſt, quando *vel planè nulla cauſa* eſt, nec datur, cur hoſtis nos bellicâ manu petat, noſtraque nobis aufferat, ubi omnem humanitatem quaſi exuentis ſola voluntas ſtat pro ratione: in quem illud Ulpiani *in l. 12. ſeq. ff. de her. petit.* inflectere licebit: Qui interrogatus cur noſtra nobis præripiat, reſponſurus ſit, quia præripio: nec obtendet causâ vel per mendacium.

2. *Quànam h. l.* iniquè detenta *ſcil. ex* Conditione vitioſæ captivitatis. Vitium a. ineſt *vel* ſigillatim *circa* cauſam: *quando aut nulla*

dacium.

Vel injuſta ſubeſt. dacium. vid. Grot. *2. c. 12. §. 3. vel quæ ſpecioſè prætenditur penitiùs expenſa in ſe deprehenditur injuſtiſſima.* Ex quâ qui ſub ſpecie bellicoſæ manus rapiunt, in eos optimè quadrare videtur illud Philonis ap. Grot. *d. l. in not. Qui verò furum vires nacti ſunt, hi totas prædantur urbes, pœnarum ſecuri, quod ſupra leges eminere videantur. Tales ſunt homines ingenio minime civili, dominatuum & potentatus avidi, magna furta committentes, qui pulchris nominibus magiſtratuum & imperiorum id obtegunt, quod veriùs latrocinium appelletur.* Et quamvis aliàs ad ſuſtinendum juſtitiæ internæ effectum ſufficiat juſtitia cauſæ ex opinione; tamen hoc non accipiendum eſt de omni, quæ frivola & calumniatorum propria eſt, ſed quæ mente habetur innocenti. Mev. *in Nucl. J. N. & G. inſp. 7. §. 39. n. 7.* add. Felden. *ad Grot. 3. c. 16. §. 1.* Molin. *de J. & J. 2. D. 103. n. 1.* de quo tamen nos prolixiùs *in th. 18.* Utrâque hâc ratione res ereptæ, utut bellum ritè fuerit indictum, iniquè tamen domino dicuntur ablatæ, ſaltem iniquitate & injuſtitiâ internâ: Unde & raptoribus iſtiusmodi ipſa conſcientiæ rectitudo dictabit, neceſſariam eſſe regulariter illarum reſtitutionem, ſi velint ad ſalutem æternam pervenire: ſi quidem remiſſio peccatorum & ſalus ſuſpenduntur â redditione rei malâ fide ablatæ, *Ezech. 33. verſ. 15. ſeqq. Eſa. 58. verſ. 6.* Grot. *3. cap. 10. §. 3.* & ibid. Dn. D. Oſiand. cui reſtitutionis internæ obligationi non repugnat dominium, quod vocant, externum, ab effectibus externis. Sed de quo pluribus *th. 19. In modo* vitium eſt, quando hoſtis nos ex inſidiis quaſi, non indicto bello, adoritur: Tùm enim & res, quas nobis tanquam inſidiator & prædo detrahit, utut fortè aliàs juſtam bellandi cauſam habeat, tamen quia non eo, quo debebat ordine incedit, nobis iniquè præreptæ haberi meritò poterunt, ſaltem in ordine ad Jus Gentium: quod ipſum, quâ ratione Civitates ſuis Judiciis certas formulas, certumque ordinem eſſe voluerunt, inter alia maximè & decentis citationis neceſſitatem. *l. 1. pr. ff. de edend.* eâdem & in ſurrogato ac analogo Judiciorum bello denunciationem ac indictionem, juſtitiæ conformem recepit, etiam in rem ſuam vindicante, Conf. Dn. Oſiand. *ad Grot. 3. c. 3. §. 5.* ut ſcil. ſi in detrectante reſtitutionem poſſeſſore omnis juſtitiæ pacisque ſpes decollet, tùm demum ad bellum, tanquam ultimum medium, actu moveatur: quam rationem indictionis adæquatam magis habemus cum Dn. Ziegler. *ad Grot. 3. c. 3. §. 11.* quàm aſſignatam ab ipſo Grot. *d. l.* ſcil. ut certò con-

[Margin notes: *Numne ex opinione juſtificetur? remiſſivè.* — *Vel circa modum ex defectu indictionis. Hæc in quem finem requiratur?*]

conſtaret, non privato auſu, ſed voluntate utriusque populi, aut populi capitum geri bellum. Quippe hoc equidem eſt aliquod ejus cognoſcendi medium, ſed non unicum. Dantur & alia: veluti ſi acie utrinque jam factâ conſpiciantur capita populi. Dn. Ziegler. *d. l.* imò &, antequàm ad eum rerum ſtatum perventum, non planè infirmum erit indicium, ſi per Legatos ſuos Princeps Reip. læſæ, pacificè propoſitis rationibus, de reſtitutione interpellavit, quod frequens eſt Principibus bonis & paci inſerviens medium. vid. Molin. *d. D. 103. num. 11.* adducto in id exemplo contentionis exortæ, circa inſulas Moluccas inter Johannem III. & Carolum V. Item, ſi apparatum bellicum publicè, publicis ſumptibus, in alterius terris alter inſtructum jam audivit, aut ex ſuâ parte ipſe vidit. Non ſanè ſibi perſuadebit, bellum quod immediatè ſubſequitur privato auſu moliri. Utrinque *in cauſa & in modo* vitium eſt, quando & juſtitia cauſæ moventis deficit, & debitæ indictionis ſolennitas omiſſa apparet. Tùm etenim omnimodò, & in ordine ad Jus Naturale, & in ordine ad Jus Gentium, alteri res iniquè abreptæ habentur, facto parùm â rapinâ & latrocinio diſtante. fac. *l. 24. ff. de capt. & poſtl.* conf. Vult. *d. vol. 3. conſ. 48. n. 128.* Licebit hic adſumere exemplum, hoc aptius ad hæc illuſtranda, quo recentiùs memoriæ impreſſum adhuc hæret ex nuperâ iniquiſſimorum raptorum hoſtilitate, nobis utique noſtrisque accolis ſatis triſti, eventu fortè toti Germaniæ, favente ſupremo bellorum diribitore, non adeò infauſtâ. Sanè inter omnes gentes, utique quæ moratiores eſſe prætendunt, hoc juſtum eſt, ut pactis induciis ſtatus belli, utut non planè mortuus hactenus, ſopitus tamen ſit, ut eleganter loquitur Grot. *l. 3. c. 21. §. 3.* id eſt, utut actus belli primus, ipſe ſtatus belli, ipſique hoſtes permaneant; tamen actus ſecundus, exercitium, & vis belli ſint ſuſpenſa: adeò ut omne quicquid hoc tempore hoſtiliter fiat, incurrat in jura, tanquam deprædatoriè factum. Cujus itaque rapaces manûs in noſtra penetrarunt viſcera, loca noſtra vel ſuis cuſtodita præſidiis, his ejectis, vel pacificæ quietis fiduciâ iis maximam partem nudata, inſidiis & vi occupando, ſolo æquando, tributa ſuperbè imperata injuſtiſſimis & violentiſſimis exactionibus extorquendo, innocentium ſubditorum res quovis modo ad ſe rapiendo, cum vel caſu ad ſe perlatas ſibi ſervare non debebant, Grot. *d. l. §. 6.* totasque inde ditiones, aliam ex aliâ, ſibi adjiciendo, detinendo, quin contra jus fasque nobiſcum egerit, nullus

vel conjunctim; *& circa* cauſam *& circa* modum. Exemplo præſentis ævi *id illuſtratur.* *Cujus occaſione & de* induciis: quæ ſtatum belli non tollũt, exercitium tantùm ſuſpendunt.

cui

cui judicandi imperturbata religio, dubitabit: maximè præeunte ſuis ratiociniis Grotio *d. l.* §. *8.* Strauchio *Diſſert. de induc. c. 4.* §. *2. ſeq.* Certè vitium hic ſe oſtendet & in *cauſa:* quæ nulla ſupervenit juſtifica, vel ſaltem juſtâ opinione talis; nec prior, ſi qua fuiſſet, valebat hactenus, induciis in certum & longius tempus ad tentamen amicæ compoſitionis, in ſecuturam pacem perpetuam, ſuſpenſa: *& in modo:* bellum ſcil. priùs geſtum eſt quàm indictum, quàm præ ſecurâ amicitiæ ſpe prævisum. Neque eſt quod aſſeclæ Ejus, aut iſtiusmodi facti, ex propriis domi quaſi ſuæ ſibi natis principiis obtendant: Non aliter agi inter hoſtes: Fidem hoſti datam, aut pacta interpoſita non eſſe ſervanda, quamdiu ſtatus belli adhuc fovetur & relinquitur: quippe qui nocendi alteri licentiam ſibi propriam ſecum vehit, ut proinde proteſtatio de non uſurpandâ adverſus alterum hoſtilitatis licentiâ, in eo, qui bellum nondum voluit ſublatum, facto videatur contraria, quamdiu pax nondum fuerit reſtabilita, aut de eâ reducendâ nondum actu tractetur. vid. ap. Pufend. *de J. N. & G. 8. c. 7.* §. *2.* Hobbes *de civ. c. 3.* §. *27.* Namque contrarium verius eſt: Fidem nempe promiſſam, etiam hoſti, contra quem bellum actu adhuc geritur, ſanctè ſervandam eſſe. Hactenus enim & quoad articulos fidei datæ & conventæ receſſum eſt â ſtatu diſſolutæ per bellum ſocietatis, juraq; pacifica poſtliminiò quaſi reducta conſtant, in cæteris ut ut adhuc exulantia. Dn. Felden. *ad Grot. 3. c. 19.* §. *1.* Conf. Dn. Kulpis *ad Grot. d. l. Ex. 14. p. m. 172.* Hinc etiamſi adverſus hoſtes valeat hactenus licentia bellica, ut & jura eis quæſita aufferre non prohibeamur, tamen id ſaltem verum eſt in iis, in quibus in ſpecie fides non eſt in contrarium promiſſa, quam ſemel datam lædi ampliùs non licet; ut itaque ex tali promiſſione jus quæſitum exceptum quaſi ſit ab illâ licentia bellicâ. Multò magis ergò ubi feriæ ſunt expreßè condictæ ab omnibus actibus hoſtilibus, ubi licentia bellica quaſi intermortua eſt, & proſtrata ad ſeveras induciarum leges, plenæ pacis inſtar præfinitum intra tempus gerentium, quoties totus belli apparatus diſſolutus conſpicitur: Secundum quæ ſanè non implicat fidem alteri datam inviolatam ſervare, & tamen ejus hoſtem manere, etiam in actu ſecundo. Unde rectè dictum â B. Dn. Mev. *nucl. J. N. & G. inſp. 5.* §. *49. n. 2.* apparet: *Fides hoſtibus data, & ab iis recepta, non minùs in bello, quàm extra id, ſancta ſit & ſervetur.* Et accommodatè ad hæc Quintilianus ap. Grot. *d. l.* *Publica fides inter*

& de fide datâ: an hoſti quoque ſervanda? ubi dubia proponuntur

& Affirmat. firmatur Ratione

& ſolutione dubiorum

inter armatos hoſtes inducias facit, deditarum civitatum jura conſervat: & iterum: *Fides ſupremum rerum humanarum vinculum eſt: Sacra laus fidei inter hoſtes.* Et ſanè nullus mireris, inter hoſtes eſſe conventionum & obligationum imperturbatam communionem, inter quos & ipſius juris Gentium quandam communionem neceſſitas & utilitas communis reliquam fecit & voluit. *l. fin. ff. de legation.* Petr. Bellin. *de re milit. p. 2. t. 9. n. 10.* Conf. Bronchorſt. Ἐναντιοφ. *1. aſſ. 29.* Hotomann. *illuſtr. quaeſt. 7.* ubi & diſcuſſa reperiuntur, quæ in contrarium moveri poſſent.

XVII.

Forma bellicæ hujus recuperationis, quantum *in ſe* conſideratæ, conſiſtit in ipſâ actuali, aut ejusdem ipſius ab hoſte nobis contra jus fasque præreptæ, aut alterius alicujus rei hoſtilis, quæ vice ereptæ, aut aliàs interceptæ fungatur, apprehenſione, aliusve generis executione, quâ recuperatrix belli manus iniquum ſuæ rei uſurpatorem, & quaſi calumniatorem, ad æquam juris retributionem, vi & virtute bellicâ adigit & compellit. Notandum autem hîc maximè eſt, quod dicamus 1. *actualem rei iſtiusmodi apprehenſionem.* Etenim ſicuti captivitas bellica non exiſtit, niſi interveniente naturali & reali occupatione. §. *17. I. de R. D.* ut propterea hoc jus in manu poſitum eſſe & conſiſtere dicatur, i. e. quod tantum cenſeatur acquiſitum, quantum captum. *l. 18. §. f. ff. de A. & A. P.* ita quoque recuperatio bellica non poteſt non conſiſtere in apprehenſione actuali: maximè cum ſemel interrupta & intercepta nobis poſſeſſio ipſo jure non revertatur, ſed ſemper novâ poſſeſſione opus eſſe dicatur, exſertis verbis, *in l. 19. ff. Ex quib. caus. maj. l. 23. §. 1. ff. de A. P.* & præterea contrariorum eadem ratio. *l. 1. ff. de his, qui ſui vel al.* ut nil tàm naturale perhibeatur, quàm eo modo quid ſolvi, quo colligatum eſt. *l. 35. ff. de R. I.* Hinc quam urbem noſtratium hoſtilis miles fortior adhuc inſidet, quamdiu quidem à nobis obſeſſa tantùm, utut machinis bellicis quà munitiones, quà muros ſuos, ita jam dilacerata, ut jam facilè exercitui recuperaturo aditus pateret, hactenùs tamen aliunde adhuc impedito, hæc ipſa uti nondum à nobis recepta, ita nec actûs tales poſſunt pro recuperatione haberi: quia & alibi in jure, in ſpecie in materiâ venationis, actûs ad occupationem quidem tendentes, ad eamque proximè accedentes, non tamen eam planè abſolventes, non ſint ipſa occupatio. *l. 55. de A. R. D. §. 13. I. de R. D.*

Formam Recuperationis conſideratæ vel in ſe, *quæ ponit tùm* rei *vel* præreptæ *vel* alîus hoſtilis actualem occupationem.

Hinc excluduntur actus occupationem nondum abſolventes.

R. D. Ad quæ jura recuperatio bellica hôc magis accommodari poteſt, quó magis acquiſitio bellica in ſpeciem venatoriæ incidere videtur, ſec. Platonem apud Rittershuſ. *ad* §. *17. l. de R. D.* id quod uſum habere poteſt in jure pacificationis citiùs ſecutæ, cum conditione, ut termini cujusque Regni ſint, qui nunc habentur, ex hactenus occupatis aut recuperatis. Hôc caſu enim talis urbs in numerum occupatorum referri nequit: cùm & aliàs poſſeſſoris manere intelligantur, de quorum reſtitutione nil fuit conventum. Puſend. *de J. N. & G. 8. c. 6. §. 33.* Quorſum facit reſponſum Alexandri M. ad Legatos Darii, in pacis conditiones offerentis quæ jam poſſidebat: *Hinc*, inquientis, *me depellite, ut ſciam veſtrum eſſe, quod ceditis.* 2. *aliusve generis executionem*, veluti, ſi fuſus hoſtilis Exercitus, ſi ita undequaque cinctus & circumſeſſus à militenoſtro, ut vix ullus ſine diſpendio vitæ evadere poſſit, aliove quovis modo periculum immineat, & ob hanc cauſam pacem poſcat, oblatâ nobis ſufficienti ſatisfactione, tàm ratione rei nobis ereptæ, quàm ratione damnorum & ſumptuum, eaque à nobis accipiatur. aut ſi quem ex noſtris terris locum tenet, cum eo commutandum det, quem ejus nos iterum alibi occupavimus, aut aliàs noſtræ poſſeſſioni relinquat; ſanè quicquid ita ceditur & relinquitur, cum nonniſi ab armatâ & bellicoſâ manu coacto id fiat, utique bellicæ recuperationis beneficio nobis obtigiſſe, haud videtur dubitandum. 3. Quod requiramus, *vi & virtute bellicâ* factam executionem aut reparationem: Hôc ipsó excludimus eam juris poſtliminii partem quâ in priſtinum ſtatum reponuntur, reverſi in ſuam civitatem, ſive ſpontè dimiſſi ſint ab hoſtibus: & vel per gratiam ſingularem. vid. *l. 5. C. de poſtlim. rev.* vel redempti certo lytro, *l. 6. C. eod. l. 12. §. 7. ff. de capt. & poſtlim.* ſive invitis iis: aut dolo ſ. Fallaciâ profugi: aut ruptis vi privatâ vinculis, cuſtodiam & poteſtatem hoſtium evaſerint. *l. 26. ff. eod.* Conf. Dn. Thanner. *in diſp. inaug. Argentor. hab. de captiv. in bello. c. 3. §. 4.* Hiſce etenim in exemplis hactenus virtutis bellicæ parum aut nihil deprehenditur, ut adeò hujus non ſint fori.

tùm aliùs generis executionem,

virtute bellicâ factam. Sic excluditur juris poſtliminii pars, quâcunque aliâ ratione exiſtens, quàm vi militari.

XVIII.

vel in attributis & actibus ſuis,

Quantum verò Recuperatio noſtra in *attributis & actibus* ſuis, ad juſti & æqui rationem, expenditur, debet eſſe tum *juſta* ex fine & intentione recuperatoris, tum *proportionata* ad hoſtilis præoccupationis

tionis & detentionis iniquitatem. *Juſta* ad eum modum ex fine & intentione recuperantis erit, ſi fiat amore pacis, ſe ſuaque cum cæteris in ſtatu pacifico conſervandi, zeloque juſtitiæ hactenus ſibi ſuisque inique denegatæ: quod malum eſt tranquillitatis inter populos profligandæ fortiſſimum, ſicuti è contrario ejus neceſſariò firmandæ & conſervandæ ſtabile medium eſt in juſtorum præſtatione: pro quâ, gentibus etiam extrinſecùs neceſſariâ, multis modis usque quaque ipſæ deprehenduntur ſollicitæ; prout ipſa humanitatis ratio & univerſas, & ſingulas perſonas, ad iſtiusmodi ſocietatis humanæ membro condignam curam animat & obſtringit. vid. Mev. *Nucl. I. N. & G. inſp. 5. §. 38. ſeqq.* Non itaque odio aut livore vindictæ: cujus ſuſpectum non modò, quà internum animi affectum, ſed & quà externas operationes reum ſe facit, qui poſteà oblatas æquâ mente pacificas conditiones quovis modo aſpernatur & rejicit, hâc ratione pro jure ſuo obtinendo quaſi merâ viâ facti uſurus. Quicquid etenim juris eſt in belli, etiam rerum ſuarum recuperativi, remedio, vix tale eſt, niſi ex hypotheſi inevitabilis neceſſitatis, & deficientis omnis aliùs medii: Secundùm quæ intelligendum venit illud Ovidii *injuſtum rigido jus dicitur enſe. vide ſuprà thes. 4.* Conf. Mev. *d. l. inſp 5 §. 48.* ibi: *quia alia ratione juris conſecutio non poſſibilis, aut valdè difficilis, atque deſperata.* Quale quid non eſt in caſu b. f. oblatæ ab altero, hactenus rei noſtræ uſurpatore, ſufficientis ſatisfactionis, cum omni eo, quod noſtra intereſt, aut ſi quid ulteriùs ad ſecuritatem peti poſſe æquitas ſuadet. Quo ſanè in caſu ceſſat bellandi juſtus uſus in nobis, licet de cætero adfuerit juſta cauſa: & alterius in manibus juſtitiâ quâdam arma ſuffulciuntur, quæ antea injuſtitiæ vituperium damnabat: cum nulla ratio exigat, ut alterius impotenti animo, qui nullum faceret nocendi finem, cuncta relinquat obvia alter. Rectè ita ſentiente JCtiſſ. Dn. Stryk. *de jur. hom. in ſe ipſum. c. 13. n. 16.*

Quomodo ad juſtitiam attemperatur tùm ex intentione recuperantis: ut ſcil. fiat amore pacis & Juſtitiæ. Non v. vindictæ livore, aut odio. Cujus inſimulatur, qui æquas pacis conditiones detrectat;

An verò, & quando, qui bello jam ſtat accinctus, armato in id exercitu, aliove apparatu facto, ſtrictoque jam gladio in prælia, aliosve hoſtilitatis gradus, proximus, ad iſtiusmodi alterius oblationem deſiſtere inde teneatur? Id non omni ratione expeditæ eſt quæſtionis, hic non planè præterundæ: in quâ breviter excutiendâ, ex Ddrum, & Moraliſtarum præſertim, ſententiâ diſtinguendum eſſe reperimus: *Num bellum jam actualiter cœptum*, cædibus utrinque jam factis; *nec ne*: *Hoc caſu*, ſi nempe nondum dimi-

Hinc Q. An, & in quantum, quis teneatur ad alterius oblationem ab hoſtilitate ulteriore deſiſtere?

Diſting. ex Moraliſtis.

teneri, ſ cædibus nondum actualiter cœptum bellum. Ratio. Si cœptum *iterum ſubdiſting. np.* ex ſummo jure non teneri. Rat. *Secus* ex lege charitatis. Ratio.

dimicari cœptum, teneri illum deſiſtere: quia bellum non voluntatis eſt, ſed neceſſitatis, quæ dicto caſu ceſſat: & ipſæ S. literæ non aliter jubent. *Deut. 20. vers. 10. ſeqq. Illo caſu* verò, quando jam actualiter cœptum eſt præliari, tum iterum aliud *ipſi licere ex juris rigore,* vi cujus exequi poteſt violenter, quod hactenus ita præfractè negatum eſt: quia refractarius talis ſuâ pertinaciâ, ſuâque ſponte, ſe conſtituit extra ſtatum ſatisfaciendi in ſtatu executionis juſtitiæ vindicativæ: quaſi de ſe ipſo queri neceſſe haberet, cur, viam juris minùs tutam eligendo, tutiori quaſi renunciaverit, ad quam non immeritò ipſi ab exequente negatur regreſſus, uti aliàs in Judiciis in genere id juris eſt. *l. 11. C. de R. C. l. 29. C. de pact.* Aliud verò *ipſi incumbere vi obligationis, quæ eſt ex lege charitatis,* ſecundum quam oportet, ut deſiſtat à bello inchoato: idque ſive ab actuali conflictu jam iterum ceſſatum ſit, ſive copiæ adhuc in actuali ſtent conflictu: utrobique enim eadem legis naturalis manſuetudo monet, ut ſanguini, utut hoſtili, juxtà tamen & humano, quantum fieri poteſt, & ſecuritatis propriæ cura permittit, parcatur. vid. latius hæc deducens Molin. *de I. & I. 2. D. 202 n. 15. & ſeqq uſq; ad fin.*

Exceptio datur in gente exſtirpandâ.

Arbitramur tamen & hîc excipiendum eſſe caſum; ubi gens talis eſt, quæ inemendabili efferatorum morum barbarie dignam ſe fecit, ut exſtirpetur, hincque excidio devota eſt: Cujus exempla S. Scriptura exhibet. vid. *Deut. 20. v. 17. & 18.* Conf. *Joſ. 11. v. 19. & 20.* Et utinam ea ſola exhiberet, nec hodiè darentur, qui improbitate ſuâ, plusquàm diabolicâ, eandem in ſe provocarent juſtiſſimi DEI vindicatricem & funditùs evertentem manum! Equidem quod notari præcipuè hîc meretur, in ſaniorem Philoſophiam videtur incurrere, dicta Moraliſtarum diſtinctio, quâ obligatio, quæ eſt *ex lege juſtitiæ,* opponitur obligationi, quæ eſt *ex lege charitatis:*

Dubia moventur circa illam ſubdiſtinct. ex lege Juſtitiæ & ex lege charitatis: & ſententiæ diverſæ conciliantur:

cum potiùs amicè conſpirent, & utrinque æquè latè patens vinculum conſtet, in utriusque æquè latè patente baſi & fundamento, quod utrinque idem, tribuendi ſuum cuiq; præceptum eſt, latiore ſc. ſuo complexu, ita ut obſervans juſtitiæ, honeſtè vivendo, ſuum cuique in ſpecie tribuendo, neminem lædendo, eo ipſo quoque charitatis officium expleat. vid. Dn. D. Oſiand. *ad Grot. 2. c. 17. th. 9. & 3. c. 13. th. 4.* Nihilominùs tamen facilè pateſcit id eſſe intelligendum de Juſtitiâ ſaltem *univerſali,* non *particulari,* quam dicunt, aut in ſpecie ſic dictâ. vid. Grot. *de J. B. & P. 3. c. 11. §. 2.* Conf. Excell. Dn. Jäger, *Diſp. de Jure hom. in ſe ipſ. q. 1. n. fin.* ubi, quam-

quamvis aliâ occaſione, eas duas ſententias ita conciliat: Deinde de Juſtitiâ *internâ*, cujus principia, ſi genuina, conſcientiam ipſam tranquillant, non verò *externâ*, quæ recepto loquendi uſu ita dicitur, impunitatem actionibus externis concilians, imò & autoritatem quandam in foro exteriori relinquens. De hâc Moraliſtæ intelligi debent, reſpicientes, quid Jure Gentium receptum ſit, non verò, præcisè quà rectitudinem & regulam uniformem in ratione ad Jus Naturale involvit, quaſi dicerent: Etſi ambitioſa ea impotentis animi obſtinatio, quâ usque ad extremum ſummæ neceſſitatis punctum juſtitiæ imperium detrectat hoſtis, ſusque deque habens amica noſtra monita, apparatûs bellicos, inque hoſtilitatis actum ipſum jam deductas operationes, digna ſit, ut retundatur omnis generis malis, quæ comuni Gentium ſuffragio, ex urgentiſſimâ neceſſitate, recepta licentia bellica, prout ſimpliciter ex ſtatu hoſtilitatis oritur, hoſti in hoſtem permiſit, adeoq; & violenter cœptæ illius executionis continuatione, utut cum cæde fiat, & devaſtatione rerum, in ſe ſatis funeſtâ, hactenus tamen in illum non injuſtâ, qui habet quod ſibi ſuæque pertinaciæ imputet; Attamen ipſa lex humanitatis, ipſa æquitatis, & juris naturalis manſuetudo, quâ iſtiusmodi licentiam temperari, terminari, & ad charitatis regulas aptari convenit, quæ faciles ad condonandum, etiam inimiciſſimo, motûs in homine requirit & commendat, aliud ſuadet, & conſiderari vult, non tantùm quid hoſtis citra injuriam, aut impunè, pati poſſit, ſed & quid humanum, quid pium & generoſum victorem aut bellatorem decet. Secundùm quæ omninò conveniet, cum acceptatione b. f. oblatorum, utut in extremo momento, de ſummo jure decedere, quàm ſummum jus cum violatione melioris & æquioris exequi: Quorſum militant verſus Claudiani:

Non tibi quid liceat, ſed quod feciſſe decebit,
Occurrat, mentemq; domet reſpectus honeſti.

diſting. inter Juſtitiam univerſalem & particularem: & *porrò inter* internam & Externam. *Id quod* per periphraſin quandam explicatur.

Conf. Dn. Pufendorff. *de J. N. & G. 8. c. 6. § 7.* & Dn. Kulpis *in Colleg. Grot. ad lib. 3. c. 4. p. 134. ſeqq.* ubi identidem ad Grot. provocat. Sanè id certum eſt, non omnem prætenſæ ſatisfactionis denegationem eodem belli rigore eſſe corrigendam. Sæpiùs enim evenit, ut, licet alterius petitio ſit juſtiſſima, tàm ratione cauſæ impulſivæ, quàm finalis, pro alterâ tamē parte, negante reſtitutionem, non minus militet juſtitia cauſæ, ſaltem ex opinione probabili talis, dum practicè judicat ſe

Quid juris ſi alter ad ſatisfaciendum ſe non offerat probabili nitens opinione.

 habe-

habere juſtam repugnandi cauſam: quæ diſputatio quando in bellum exardeſcit, ex hujus parte non minùs juſtum erit bellum, formaliter ſaltem, & in conſcientiâ gerentis, licet materialiter & in ſe ſit injuſtum. Et quamvis parodoxon videri poſſit, unum idemque bellum ex causâ utrinque juſtum perhibere, cum contrariorum ea conſtans ratio ſit, ut ſe mutuò ponant & tollant, adeoque ſi ex parte petentis reſtitutionem rei ſit juſtum, non poſſit non ex parte recuſantis eſſe injuſtum, & contrà: cum medium inter hæc non detur; tamen id ſaltem concedendum eſt ratione juſtitiæ *ad rem ipſam*, aut *rei veritatem* relatæ, cujus reſpectu immotum manet, bellum utrinque juſtum eſſe non poſſe; Secùs verò eſt ratione *operantium*, eorumque *opinionis*: qui quoties uterque innocente mente, ob intervenientem ignorantiam inevitabilem ad arma decurrunt, non injuſtè bellum ſuſcipere & gerere dicendi ſunt, ut adeò hoc reſpectu, & in hoc ſenſu, bellum utrinque juſtum, ſine contradictione, ſtatuminari poſſit. vid. omnium elegantiſſimè Grot. *de J. B. & P. 2. c. 23. n. 13.* & ibidem Dn. D. Oſiander, ubi ex Scholaſticis, quomodo bellum tribus modis poſſit eſſe juſtum 1. formaliter tantùm, 2. materialiter tantùm, 3. utroque modo ſimul. Conf. Covarruv. *ad c. peccatum de R. I. in 6. p. 2. §. 10. num. 6.* & Braudlacht. *in Hiſtoria Pacificat. ſubjecta Conſultat. 1. n. 5.* Sicuti itaque in foro juris Civilis evenit, ut qui innoxiâ mente, & b. f. ob rem omninò dubiam alteriùs actionem excipit, inde haud temerarius litigator, utut inferior ex proceſſu decedat, tamen à Judice mitiùs habeatur, in ſpecie ad refundendos litium ſumptus non condemnetur. *l. 4. C. de fruct. & lit. exp.* qui invicem ob juſtam & probabilem litigandi cauſam, quæ in alterâ parte ſaltem ex animo cenſetur, compenſari ſolent, vid. Conſtit. Crim. Carol. V. art. 201. ibi: Es wäre denn Sach/ daß der Anklåger ſeiner klage rechtmåßige Vrſache gehabt/ dadurch der Richter beweget werden mögte/ die Koſten und Schaden/ auß redlichen gegründeten rechtlichen Vrſachen zu compenſiren und zu vergleichen: aliàs verò regulariter victori à victo ſolvendi adjudicantur. *l. 79. pr. ff. de judic. d. l. 4. C. de fruct. & lit. exp.* Conf. B. Dn. Laut. *diſp. de expenſ. victor. th. 17.* ita quoq; tale quid juſtum eſſet in tali caſu proſecutionis & executionis bellicæ, non tantùm quoad remiſſionem impenſarum, ſed & clementiorem acceptionem in gratiam, ſi alter in causâ dubiâ, ad iſtum ultimum neceſſitatis gradum, juſtitiæ ſuæ cauſæ inſtiterit, maturiùs non offerens ſatisfactionem;

nem: maximè cùm & aliàs in causâ dubiâ viam pacis magis quærere teneatur, qui petit, quàm qui poſſidet: quippe in pari cauſa melior eſt poſſidentis conditio, idque non tantùm jure Civili, *l. 91. §. 3. ff. de V. O. l. fin. C. de R. V.* ſed & naturali: unde quamdiu alter de injuſtitiá ſuæ poſſeſſionis nondum eſt convictus ſatis, petitor non habebit jus cogendi alterum, ut â poſſeſſione decedat Grot. *d. l. num. 11.* conf. omninò *th. 8.* ubi quomodo plerumque culpa concurrat, ad minimum præſumpta. Quæ quidem ita ſe habent, ſecundùm juſtitiam, quæ *eſt in foro Poli & conſcientiæ;* quamvis fortean *in foro Soli*, & ſecundùm bellorum praxin, ut nunc plerumque eſt, enormiſſimam, non attendantur. Conf. Vultej. *in d. conſ. 48. num. 121.* & omninò Paul. Franc. Roman. *in diſp. de captivit. § 38. ſeqq.* ubi diſtinguit *inter juſtitiam belli ethicam, & politicam.*

additâ inſuper ratione. Hæc talia juris in foro conſcientiæ; *quamvis* praxis bellorum moderna repugnet.

XIX.

Proportionata, ad iniquam hoſtis præoccupationem & detentionem erit, ex ejus, quod recuperatur vel *qualitate*, vel *quantitate.* Ratione *qualitatis* nil intereſt, res quæ recuperantur, ſint *eadem numero*, quæ nobis ereptæ, habiles omnino vindicari, ob dominium verum remanens, poſſeſſione licet penes alium conſtitutâ. vid. *l. 25. pr. ff. de O. & A.* An *morali ſaltem æſtimatione eadem, in ſe aliæ*, quoties ſc. rem noſtram conſequi non valemus. Hæc enim eſt ratio juſtitiæ expletricis ſ. commutativæ propria, ut quoties ad idem non poteſt pertingere, feratur ad tantundem, quod eſt morali æſtimatione idem: Eleganter ita Grot. *2. c. 7. §. 2.* modo tamen res illæ ad hoſtes pertineant. Horum etenim in rebus ſuis dominium non obſtat hoſti, quo minus eas aufferre, ſibique habere poſſit. Cujus rei ratio dari poteſt duplex: Vel quia naturaliter res hoſtium omnes pro debito tacitâ qs. quâdam hypothecâ hoſti affectæ intelliguntur, ut, deficiente expletione directi debiti, in hujus locum arripi poſſint: quomodo ratiocinationem Pufendorffii *d. tr. 5. c. 13. §. 10.* horſum translatam applicare licebit: Vel (quæ ratio uti communior, ita & generalior, inque caſus omnes accommodatior eſt) quia per ſtatum hoſtilem res hoſtiles in eam devenerunt conditionem, ut rebus nullius, in ordine ad hoſtem, accenſeantur, ſaltem quà effectum, quatenus ab iis manûs abſtinere non magis, quàm ab iis, quæ revera nullum dominum habent. *l. 1. §. 1. ff. de A. P.* tenetur, renunciatione quaſi factâ eorum jurium, quæ cæteroqui ſtatus pacificus ſancta habet, comiterq; obſer-

tùm ex proportione ad res iniquè detentas: *quæ conſpicitur vel in* qualitate *rat. cujus nil intereſt: ſint res* eædem numero: *an* morali ſaltem æſtimatione: *modo ſint* hoſtiles. Ratio.

Nec intereſt an hoſtium facta per pacificam *an* bellicam acquiſitionem.

obſervat. Dn. Pufend. *de J.N. & G. 4. c. 6. §. 14.* Illud nil refert res iſtæ, quo titulo, quove modo ad hoſtes pervenerint, *pacificæ acquiſitionis*, an *bellicæ occupationis*. Nam & res, quas aliis hoſtes noſtri antea bello eripuerunt, utique hoſtiles cenſendæ ſunt, proinde & eidem legi ſubjacent. Quod dubium non habet ubi bello omni ex parte *juſto* hoſtes ab aliis tenent. Tùm enim hi verè dominium earum amiſerunt, acquiſitum illis jure belli, vel ſuffragante jure Naturæ, quatenus intra parem debiti menſuram ſubſiſtunt, vid. Grot. *2. c. 6. §. 1.* à quibus nos iterum eodem jure occupamus, tanquam res eorum jam factas, nobis nunc eâdem ratione acquiſitas. Sin v. hoſtes noſtri bello *injuſto* aliis ereptas poſſident, numne & tùm hæ ipſæ pro hoſtilibus habendæ ſint, & ratione noſtri quoque cum effectu quodam occupabiles, id altioris videtur eſſe indaginis? Nos diſtinguendum cenſemus: Aut quæſtio hæc reſpicit juſtitiam *internam*, & ſecundum hanc indubium omninò quod priſtinus Dominus ſuo jure non exciderit: Neque enim ablatio talis injuſta dominio ſuo illum magis ſpoliari poteſt, quàm rapacitas prædonis alicujus vel feræ beſtiæ. *l. 44. ff. de A. R. D.* per conſequens, cum illæ res, utut ab hoſtibus hactenus detentæ, tamen ad eos jure non pertinuerint, nec nobis jus erit, eas occupatione hoſtili nobis appropriare, cum præjudicio veri domini. Dn. D. Oſiand. ad *Grot. 3. c. 6 th. 7.* ubi inter alia exemplum præſentis ſeculi adducit, huic rei explicandæ admodum aptum: *Si Princeps*, inquiens, *aliquis exterus ante 30. annos Hollandis Regi Hiſpaniarum rebellibus intuliſſet bellum, ob injurias ſibi factas ab illis, & occupaſſet regiones Hollandorum, non tamen prætenſionis jus amiſiſſet Philippus Rex Hiſpaniarum ante pacem factam cum illis. Non enim fas eſt cum alterius injuriâ occupare id, quod alterius eſt.* vid. omninò quæ ibidem plura ex Cornel. à Lapid. tradit. Taliter itaque per hoſtes noſtros occupatas res, & inde in poteſtatem noſtram redactas, domino reſtituere omninò tenemur: non quidem vi alicujus conventionis, pacti, aut contractûs univerſalis inter homines, qualis aliàs fingitur à Grot. *2. c. 10. §. 1.* & qui eum ſequitur Pufend. *4. c. 13. §. 3. & 5.* Sed ex ipſâ æquitate naturali, quæ vult ut ſuum cuique tribuatur, rectius monente Dn. Kulpis. *ad Grot. d. l. Ex. 6. p. 61. ſeq.* quoties cur ille eâ carere debeat nulla cauſa ſubeſt naturaliter juſta. Grot. *3. c. 10. §. 6.* quæ æquitas tamen & ex adverſâ parte omninò ſuadet, ut extrahenti ita de hoſtium poteſtate compenſatio fiat periculi, induſtriæ, & laboris, in quan-

Quod certum rat. acquiſitarum bello juſto. Ratio

Sed dubium rat. acquiſitarum bello injuſto: *ubi diſting. ſc. quà* juſtitiam internam hoſti nil acquiſitum *Ratio*

Exemplum, unde iſtiusmodi domino ſuo reſtituendum: Ratio. apparens. vera. non tamen ſine compenſatione impendii & laborum.

in quantum utiliter domino ceſſerunt. Molin. *2. D. 118. n. 3.* ſicuti id juſtum eſt in eo, qui rem alienam in mari perditam urinando eduxit, quo ſimili utitur Grot. *3. c. 16. n. 3.* qualis retributio quamdiu negatur, tamdiu contra repoſcentem defendere ſe poterit æquâ retentionis exceptione, vid. *l. 14. §. 1. ff. comm. div.* aut etiam translatâ jam poſſeſſione, jus ipſi natum eſt petendi iſtam compenſationem vi quaſi cujusdam actionis, vel in iſtis diſceptationum modis & formis, quibus Gentes uti convenit, antequam ad bella dilabantur, vid. *ſupr. th. 4.* quæ in foro Civili ſi res agitaretur eſſet negotiorum geſtorum: quæ & ipſa in genere fundamentum in naturali æquitate habere rectiùs affirmatur. §. *1. I. de oblig. ex quaſ. contr. l. 1. l. 2. l. f. ff. de N. G.* add. *d. l. 14. §. 1. ff. comm. div.* Ziegl. *ad Grot. 2. c. 10. §. 9.* & Pufend. *d. l. §. 13.* quàm negatur à Grotio *d. l.* Aut reſpicit juſtitiam *externam* illam, ſe referentem ad merum jus Gentium, cujus indulgentia aliquam his ipſis extrinſecùs, & in foro fori conciliatam relinquit autoritatem, pro dominis eos, qui vel injuſtè occuparunt, agnoſcendo, dominio ſaltem externo, ita ut & ipſe injuſto bello hoſtis, & qui ab eo in bello juſto, bellicoſâ manu cepit, vel aliàs commercio quodam titulum ab eo habet, in poſſeſſione rerum talium judiciariâ autoritate tuendi veniant Grot *3. c. 6. §. 2.* Roman. *in dict. Diſput. de captiv. §. 36.* idque intuitu boni communis, maximè ob litium & bellorum pericula, omnibus gentibus nociva, evitanda, neceſſitas Gentibus imperaviſſe credendum eſt: ne ſc. privatis litibus publica quies nimium turbaretur, bellisque implicarentur inviti ex incertâ & cujuslibet impetitioni obnoxiâ rerum poſſeſſione. Grot. *3. c. 10. §. 5.* Conf. Molin. *d. l. n 7.*

At v. ſecundum juſtitiam externam hoſti aliquid juris quæſitum habet, *inde iterum* & iis, qui cauſam ab eo habent. Ratio.

XX.

Hoc verò quomodo procedat, & quousque hujus tuitionis in foro exteriori effectus ſe extendat, reſpectu ejus maximè, qui emptione, aut alio commercii genere, aliové titulo juſto ab eo accepit, qui rem noſtram bello juſto extraxerat ab alio, qui bello injuſto nobis ereptam poſſidebat? Ea uti Ddribus minùs plenè, nec diſtinctè ſatis, tractata eſt quæſtio, ita ambigui admodum juris deprehenditur. Sanè ſicuti dominium verum & internum non habuit, qui primò cepit belli injuſti autor: indeque nec nactus eſt, qui ab eo ſecundo loco cepit belli, utut juſti,

Quomodo his ipſis hoc quicquid juris eſt, quæratur, & quousque ejus Effectus ſe extendat?

 mode-

id quod ex fundamentis juris altiùs repetitur; & qui actûs ſtricto jure irriti eſſe debebant;

moderator & arbiter, nec porrò, qui ab hoc ſibi tertio loco comparavit emptor, aut ſimilis: quippe jus domini veri remanens, remque ipſam ipſi intimè habens affectam, quaſi charactere quodam impreſſo, indelebili, niſi facto ipſius domini, aut juſtas ob cauſas ſuperioris, aut hujus inſtar gerentis, efficit, ut alius ab eodem jure excluſus ſit, ne impoſſibile juridicum eveniat, quo non dantur duo domini in ſolidum unius ejusdemque rei, *l. 5. §. f. ff. commod.* adeoque vitioſam communiter alterius detentionem arguit, vitio quoque transplantato & transmiſſo in omnes alios, cauſam â primo illo habentes; ita quoque per conſequens omnes actûs, qui circa illam rem ſ. á primo, ſ. â ſecundo, ſ. â tertio ſuſcipiuntur, domino aliâs proprii, ex qualitatibus dominii acquiſiti naturalibus, habilibus inde deduci in operationum effectus, alii verò per ſe non competentes: veluti eſt alienatio, tàm in ſtrictiori ſignificatu, quò eſt dominii ipſius translatio, quàm in latiori, quò eſt cujusvis aliûs juris in re conſtitutivus actus, vid. *l. f. C. de reb. al. non alien. pr. & §. 1. J. quib. al. non lic.* & vindicatio. *l. 23. pr. ff. de R. V.* vitioſi ſunt, irriti & nulli, ſc. ex ipſo rigore juſtitiæ.

tuitione quâdam & externâ juris Gentium ratione ſuſtineri dicuntur. quod ſimili ex LL. Rom. illuſtratur:

At verò propter dictam modò, tanti momenti cauſam, quâ tranquillæ Societatis humanæ cuſtodiæ litatur, Jus Gentium, cui hæc cura maximè propria, ſe interponit, & actûs illos, qui de jure ſtricto non valebant, de facto quaſi in exercitium deductos tuitione ſuâ ſuſtinet, & (non planè diſſimili exemplo, quo jus aliquod in re, veluti pignus, *l. 18. l. 31. ff. de pignor.* vel ſervitutem, *l. 1. pr. ff. quib. mod. uſufr. am. l. 9. §. 1. uſufr. quemadm. cav. 2. F. 8. §. Rei autem,* conſtituta â non-domino, jus conſtituendi non habente, vid. *l. 5. l. 6. C. Si al. res pign. l. 6. pr. l. 8. ff. comun. præd.* Add. Dn. D. Fromm. *diſp. de domin. acquiſ. c. 2. th. 12.* Bach. *ad Treutl. 5. D. 17. th. 6. A.* Prætor ſuâ jurisdictione tuetur: vel alio ad rationem publici boni magis accommodato exemplo, rei ſc. alicui adjudicatæ ſententiâ judicis injuſtâ, ubi dominium in perſonâ victoris firmatum habetur, ſolâ externâ ratione, quæ ſe fundat in rei judicatæ autoritate, non niſi cum diſpendio boni publici, & ordinis intemeratè ſervandi, debilitandâ & infringendâ) hactenus fovet, ut alienatio rerum, ad iſtum hoſtilis iniquitatis modum domino vero ereptarum, ſuis valeat viribus, ſuoque jure, quo judiciariâ manu & authoritate poſſeſſor in poſſeſſione defendendus venit, adverſus quem opus: etiam adverſus ipſum dominum vindicantem, ad minimum usq; dum ei aliunde ſatisfiat, vel ab ipſo venditore,

hactenus ſaltem ut poſſeſſores in poſſeſſione defendantur.

ditore: qui, utut evictionis præſtationem denegare, inſiſtendo pertinaciùs juri belli, & inde acquiſito dominio externo, poſſit, inprimis ſi Civis non noſtræ, ſed alienæ Reip. exiſtat, juſtitiam belli, ut communiter fieri ſolet, cauſantis, tamen hòc commodò ſi utatur adverſus eum, cui res malo facto erepta eſt, facit non probè, rectè ſentiente Grot. *3. c. 16. §. 1.* vel ſi in eo virtutis ſtimulus horſum non pertingat aut penetret, ab ipſo domino, reddito pretio in emptionem iſtiusmodi impenſo vid. Covarruv. *in C. peccatum de R. I. in 6. p. 2. §. 11. n. 7.* ad quod, ſi ſuam rem ſibi habere velit, à judice condemnandus eſt: id maximè ſi inter ſuæ Reip. concives res diſceptetur. Hîc enim fortè in æquo judice prædominabitur faciliùs æquitas juſtitiæ internæ, præ duritie, reſpectu ad ſingulos, juris exterioris, ut potius jus habeatur domini veri, hactenus quidem, ut à poſſeſſore res reſtituenda dijudicetur, ſub conditione tamen, quod ſolutum eſt refundendi, ſi non præcisè ſub formali pretii alicujus, ne incîdere videatur actus in emptionem rei ſuæ, quæ regulariter jure non ſubſiſtit. *l. 16. ff. de C. E. V.* Conf. *th. 15.* tamen ſub ratione impendii alicujus in rei conſervationem utiliter facti. Hîc ſcilicet longè alia ratio militat, quam in caſu, ubi per prædones, piratas, aut fures in ſpecie ſic dictos, res nobis prærepta alii vendita eſt, de quo in *d. th. 15.* quippe in quo emptor rem ab autore habet, ex cujus facto, per omnia jura odioſiſſimo, *§. 14. l. de act.* Reuterbeſtallung / *de Anno 1570.* zu Speyer / *art. 93. rubr.* Plünderung und Schatzung der armen Leute / vitium ipſi rei inhæret, nullâ juris ſpecie purgatum, *l. 2. C. de furt.* cum illis, ut dominii jus aliquo modo mutare poſſint, nec Gentium jus conceſſit, Grot. *3. c. 9. §. 16.* nec aliud quodvis, cum potiùs in contrarium in hoc genere cautiùs mercari expreſsè jubeamur. *d. l. 2. C. de furt.* In præſenti verò caſu emptor rem ab autore habet, quem jus Gentium ob communem quietem, fortè & propter admixtum incitandæ magis magisque fortitudinis exemplum, defendit: ut adeò ſaltem de recipiendo, quod pro eâ redimendâ & comparandâ datum eſt, emptor ſecurus eſſe poſſit: maximè cùm & hîc occurrat planè deſperata illa, ex denegatâ agendi poteſtate contra hoſtem, qui bellicoſâ manu cepit, & quadantenus ſibi acquiſivit, rei recuperandæ facultas, propter quam, utut in ſuo genere diverſiſſimam, aliquando in ipſis latronibus, verè furibus & raptoribus, jura indulgentiùs ſtatuiſſe, & per exceptionem à regulâ, domino, rem ſuam recuperaturo, impen-

ad minimum usque dum ſatisfiat.

Notatur diverſitatis ratio inter caſum rei emptæ à prædonibus, aut latronibus; & ab hoſte injuſto

impendii, in quantum ipſe pro rei ſuæ poſſeſſione retrohabendâ libenter impenſurus, ipſaque recuperatio ei valitura fuerat, reſtitutionem, ementi â talibus faciendam, impoſuiſſe accepimus, ſuprà *th.15.* Add. Dn. Pufend. *de J. N. & G. 4. c. 13. §. 13.* Quod argumentum â minus probabili ad majus probabile affirmativè deductum, uti aliàs, ità & hic ſuum habere pondus poterit, diverſitate cæteroquin inter fures aut latrones, & inter hoſtes injuſtos, quà effectûs externos, haud in dubium vocatâ, ſed ſuo relictâ loco. Et quamvis nil ferè communiùs apud Moraliſtas audiatur, quàm bellum injuſtum â latrocinio nil diſtare: item bellatores bello injuſto pro prædonibus eſſe & latronibus. vid. Grot. *2. c. 22. §. 3.* Add. Q. Curt. *lib. 7. c. 8.* ubi in Scytharum oratione, in Alexandrum M. ob ambitionem latiùs dominandi ad bella proruentem, invectivâ, inter alia hæc habentur verba: *At tu, qui te gloriaris ad latrones perſequendos venire, omnium Gentium, quas adiſti, latro es.* Attamen hæc comparatio non eſt abſolutè & univerſaliter, ſed magis reſtrictè ad moralitatem actionis, & internam juſtitiam, accipienda. Grot. *3. c. 16. §. 1.* & ibid. Val. Velthen. *§. 3.* non verò præcisè ad effectum illum, exteriorem acquiſitionis, vel non acquiſitionis; aut imprægnationis rei vitio quodam furtivitatis, hactenus, ut inde vel non poſſit præſcribi. *§. 2. I. de uſuc.* vel ſi ab alio fuerit empta, dominus, rem ſuam recuperaturus, non teneatur ad refundendum pretium. *l. 2. C. de furt.* Conf. Hennig. *ad Grot. d. l.* Eaque hôc magis in aliquâ Rep. juſti rationem habere non eſt ambigendum, quoties ſpeciali lege, aut ſtatuto, id inſuper expreſſè proviſum, aut conſuetudine obfirmatum: quod Majeſtatis utique eſt determinare, ſed valiturum ſaltem directò inter ſuos concives, alienæ Reip. & hujus civibus nullo exinde generato præjudicio, quo impedirentur in ſuâ Rep. ſua ſibi vindicare, etiam eâ rigoroſæ vindicationis lege, quæ planè abſolvit â neceſſitate reſtituendi pretii. Quod tanquam & commerciorum libertati obſtans an tutum ſatis ſit, & an proficuum vel ſingulis, longè alius eſt conſiderationis. Unde & frequentiùs uſu ſervatum videbimus, nullam planè dari vindicationem, dominii virtute quaſi in totum extinctâ. Quâ in rem quoq; ſpecialia certis in locis ſancita dari poſſe, teſtis eſſe poteſt Grot. *3. c. 9. §. 17. & 19.* ubi adducit, quomodo & apud Hiſpanos lege quâdam diſpoſitum, ut dominium rerum, etiam ab injuſtiſſimis raptoribus, piratis, captarum domino ſit interſtinctum, & apud Gallos

Gallos in ſummo Auditorio Pariſienſi judicatum, bona quæ Francorum Civium fuerant ab Algerienſibus, populo prædationibus maritimis in omnes alios graſſari ſolito, utut iniquiſſimè capta, tamen belli jure mutaſſe dominium, ita, ut, ſi recuperentur à militibus illius Reip. hactenus hoſtilia habeantur, ut non denuò priſtinis dominis, ſed capientibus cedant. Quæ ipſa hactenus quoque in argumentum adducere licet, ut quas res hoſtis aliquis, ſed bello injuſto iis ereptas tenet, reſpectu ejus, qui iterum cum illo juſtum bellum gerit, pro hoſtilibus habendæ veniant, ita ut captæ ipſi acquirantur ut quævis res aliæ: id quod ægrè ferre Reſp. quæ iſtiusmodi ſtatuta habet, non poteſt, cùm quam negligat æquitatem inter ſuos, ejus in alienâ rigidum requirere obſervatorem haud optimo jure poſſit, arg. *l. 1. pr. & §. 1. ff. Quod quisq; jur. in alt.* Ad ſancita Jurisprudentiæ noſtræ Romanæ hanc rem examinantibus facilè fortean perſuaſum hærebit, diverſum planè ab his per ea eſſe ſtatuta, & nullatenus capientibus in bello injuſto aliquid acquiri. Quando enim Javolenus *in l. 27. ff. de captiv. & poſtlim.* in ſpecie ſervum à latronibus ereptum, pòſt ab hoſtibus captum, inde recuperatum, & denique venditum, negat poſſe uſucapi, quia ſurreptus, & furtivus factus: & Paulus *in l. 19. §. 2.* Ut & Ulpianus *in l. 24. ff. eod.* in genere pronunciant, â piratis aut latronibus captum non fieri ſervum: imò hoſtes non eſſe, quàm qui Populo Rom., & contrà, bellum decrevére; vix aliud ſtatuere videntur, quàm rerum in bello injuſto captarum dominium nullo modo abire â domino ad capientem: Quibus accinit communis Ddrum Schola, qui quoties de acquiſitione bellicâ, ſive in Reſponſis & Deciſionibus, ſive in Commentariis, diſquirendi occaſionem nanciſcuntur, omnem eam circumſcribunt legibus juſti belli, vel in genere, vel in ſpecie, juſtum bellum appellantes, vel ex juſtitiâ *Imperii*, aut poteſtatis, vel ex juſtitiâ *cauſæ:* aut aliàs, quæ diſtinctio cum modò adductâ coincidit, vel ratione *perſonarum*, intellige belli gerendi facultate pollentium, vel *cauſarum*, ad bellum ſuſcipiendum juſtè commoventium. vid. Molin. *d. D. 118: n. 9. ſeqq.* Covarruv. *d. l. n. 8.* Vultej. *d. Conſ. 48. n. 107. ſeqq.* & ibi alleg. Angel. de Ubald. Peruſin. *q. 8. incip. renovata guerra, n. 1.* Jodoc. Damhouder. Prax. *rer. crim. c. 82. num. 6.* Alber. Gentil. *1. de Jur: bell. c. 2.* Petr. Bellin. *de Re milit. p. 2. c. 1. n. 2.* Gail. *de PP. 1. c. 4. n. 7.* Schneidwin. *ad §. 17. & ibid. in addit. Inſt. de R. D.* Et tamen poſſent hæc ipſa intimius perſcrutantes certe ſuſpenſos

Quid LL. Romanæ hac in re diſpoſitum habeant?

Quid commentatio Ddrum requirentium ad juſtitiam acquiſitionis vel in genere juſtum bellum vel in ſpecie Juſtitiam & poteſtatis & cauſæ. Quæ hic

Sub cenſuram vocantur & evincitur juſtitiam poteſtatis non pertinere ad belli juſtitiam, ſed eſſentiam. Hinc diſtinctiùs quodnam ſit bellum juſtum: & quis ejus effectus? In injuſto injuſtitiâ cauſæ: quatenus acquiratur, rationibus ex LL. Rom. firmatur.

ſos adhuc habere, tanquam ænigmaticè quaſi, & nimis generaliter partim, partim non ſatis accuratè perſcripta. Juſtitia enim, ut à poſteriori ordiamur, imperii quæ dicitur, non reſpicit propriè loquendo juſtitiam belli, ſed ipſam ejus eſſentiam, præſcindendo, juſtumne ſit, an injuſtum. Bellum enim ſtrictè loquendo non eſt, niſi quod ſuſcipitur autoritate ſuperiorem non agnoſcentis, in quo illa juſtitiâ imperii conſiſtit. Schneidwin. *ad §. 1. Inſt. de J. Nat. G. & C. n. 10.* & ibid. *in addit.* Dn. D. Pregizer. *in laud. diſſ. th. 15.* vid. tamen ſupra *th. 7.* Quo ita ſuppoſito, tum demum disquiritur, quod nam juſtum ſit, ut acquiſitionis effectum habere queat: quod ſanè, non certificatur iſto generali Ddrum aſſerto, quo dicunt: capienti res acquiri in bello, ſed juſto. Diſtinctiùs itaque ut incedamus, id indubitati juris eſt, ut jam antevertimus dicere *th. 19.* ubi bellum & ex juſtá causâ, & eo, quo debet, modo ſuſceptum & geſtum eſt, dominium non tantùm externum, ſed & internum, & verum dominium, capientibus in re captâ acquiri: Quo maximè ſpectant *§. 17. I. de R. D. l. 5. §. 1. ff. de A. R. D. l. 24. ff. de captiv. & poſtlim.* & id genus alii textus: imo & ſalvâ conſcientiâ retineri, Menoch. *de præſumpt. 9. præſ. 96.* ibique magno numero citt. dd. Vultej. *laud. Conſ. n. 18.* ſecundum limites tamen, quos æqua juris ſui conſecutio habet, Grot. *3. c. 13.* & ibid. Comentatores: add. Molin. *2. D. 117. per tot.* & Roman. *cit. diſp. de capt. §. 42.* Ubi verò bellum injuſtum eſt, *injuſtitiâ nempe cauſæ* tale, an tùm res captæ capientibus cedant, de jure noſtro Romano? id verò eſt quod nec adductis legibus, nec aliis ſtabilitum habetur: quid? quod potiùs contrarium inibi plauſibilibus propugnatum rationibus deprehendimus: & quidem 1. indefinitâ legum ſanctione, quâ capta ab hoſtibus eorum fieri indefinitè dicuntur, *dd. ll. l. 4. l. 5. §. 1. l. 28. l. 30. ff.* de captiv. Illimitata autem Legislatio illimitatum præ ſe fert ſenſum, ſuique ſimilem gignit effectum. *l. 8. ff. de public. in rem act. l. 3. ff. de offic. Præſ. l. 1. §. 1. ff. de leg. præſt. contr. tabb.* 2. non tàm aſſerto legis *19. pr. ff. de captiv.* ubi JCtus dicit: *Jus poſtliminii naturali æquitate introductum eſſe, ut, qui per injuriam ab extraneis detinebatur, is, ubi in fines ſuos rediiſſet, priſtinum jus ſuum reciperet:* Unde colligunt: Si per injuriam ab extraneis is detentus fuit, fuerunt illi hoſtes injuſti, in quorum tamen dominium captum tranſiiſſe conſtat: poſt Marian. *Socin. in l. 1. n. 83. ſeqq. ff. de acqu. poſ.* Vultej. *d. l. n. 139.* Iſtam enim ex eâ lege collectionem haud firmam deprehendimus, cùm

verba

verba illa: *per injuriam:* accipienda ſint non tàm reſpectu *captum detinentis*, quàm potius *ipſius captivi*, qui per injuriam hoc pati dicitur, quia in hanc ſortem detruditur, vel citra omnem ſuam culpam, citra meritum ſuum, ſolâ fati infelicitate: quâ ratione applicanda veniunt non tantùm bello injuſto, ſed & juſto: quemadmodum & *d.l.* planè non diſtinguit, imò potius ad juſtum bellum reſpicere veroſimile eſt: cùm totum hoc jus captivitatis bellicæ ita ſaltem jus ſit, ut alio ſenſu plerumque & injuria ſit: jus ſcil. quoad effectus quoſdam: injuria, ſi id quod rei intrinſecum eſt, ſpectetur, ut plurimum, teſte Grotio, eâdem hâc lege in id adductâ, *3. c. 7. §. 6.* Conf. Ægid. Hortens. *ad §. 17. I. d. R. D. Poſtliminium*, inquiens, *capionem & apprehenſionem ab hoſtibus extraneis factam, quaſi injuriam, in integrum reſtituit. Jus quidem eſt iis, qui receperint, quaſi hoſtes vel extranei inter ſe pro nullis habeantur, & res captæ anteà nullius fuerint. Itaque jure videntur res captæ & dominium acquiritur apud eos, qui ceperint. Sed his unde captum fuerit, injuria eſt, quia nemo ſibi habetur pro nullo.* Ubi tamen quod ſubnectit, apud eos, qui tenuerunt, hoſtes non dominium, ſed uſum tantùm earum rerum fuiſſe, id verò eſt, quod communi & belli & juris poſtliminii rationi contravenit; Quàm potiùs autoritate legis *ſ. §. 2. l. 6 ff. de capt.* ubi res capta acquiritur latrunculis exteræ gentis, nullâ habitâ injuſtitiæ ratione: Quidni itaque & veris hoſtibus, quamvis ex causâ injuſtâ talibus? 3. Vi & virtute amoris publici boni: quæ ratio in Romanis hôc magis militat, quò impenſius illi præ aliis huic intenti tot veſtigiis deprehenduntur: ne ſcilic. diſputando cum hoſtibus de juſtitiâ belli, & acquiſitionis, bello denuò implicarentur, hâc ratione nunquàm ferè terminando, cum lis ex lite ſereretur: quo ipſo facilè peſſum ire vel optima Reſp. poteſt: quæ ideò potiùs cum quâdam ſui injuriâ id juris eſſe ſinat, quod tot gentibus pro tali receptum; quam cum rigidâ juſti obſervantiâ & cenſurâ periculo totum publicum egregium exponat. Romanos verò id ita voluiſſe, expreſſius videtur pateſcere ex ſuprà *citt. LL.* quarum generalitas quoque iſtam regulam: *Capta fieri Capientium:* Utrique belligerantium parti communem facit & exhibet, cùm tamen impoſſibile ſit, ut ex utrâq; parte ſtet juſtitia cauſæ & armorum, ſecundùm veritatem rei, quamvis aliquando ex opinione actús ſuſtineantur. vid. ſuprà *th. 8. & 18.* 4. Autoritate optimorum JCtorum, quam benè fundatis rationibus decentiſſimè ſuccenturiare poſſumus, Cravett. *Conſ 912. n, 29.*

Ubi quodammodo captivitas bellica alio reſpectu injuria ſit alio pro jure venditetur.

An hoſtes rerum occupatarum ſaltem uſum habuerint?

3.

4.

. 29. & ab eo alleg. Natta *Conſ. 484. n. 5. ſeq.* Jaſon. *in l. 5. ff. de. J. & J. n.* 4. Vultej. *d. l.* ex citat. Marian. Socin. *d. l.* qui ibidem totus in eâ pinione defendendâ deſudare dicitur contra Angelum in *d. l. 5. n. 7.* *8. ff. de J. & J.* contrariam opinionem qui defendit. conf. Petr. ellin. *d. l. n. 5.* & Dn. Pufend. *de J. N. & G. 8. c. 8. §. 1.* Id quod non inus confirmat Carpzov. *p. 4. c. 35. d. 8.* præjudicio quodam, quo cabinatus Lipſ. Anno 1633. pronunciare non dubitavit, militibus æſarianis iſtiusmodi ablata hactenus acquiſita eſſe, ut & ii, qui cau- m ab ipſis haberent, in poſſeſſione rerum ablatarum certâ ratione tu- ndi venirent, fundans ſe inter alias præprimis in ratione publici bel- , ibi: Dieweil es aber demnach mit denen von den Kayſerl. Solda- en abgenommenen Pferden und Viehe dieſe Beſchaffenheit hat/daß n einem theil in offenen Vehdes und Kriegeszeiten/ von ihnen ls Außwärtigen Feinden/nach Gewaltſamer Einnehmung eines nd andern Orts abgetrieben ꝛc. ꝛc. non verò præcisè in juſtitia belli: uamvis ipſe Carpzov. *d. l. n. 15.* recens illud tum temporis bellum uſtum haud aſſerat, quod tamen nec injuſtum dicere audebat, relictâ liis deſuper arbitrandi facultate: cum & ipſe Sereniſſimus in Electo- atu Saxonico Legislator, ob cauſam certè publicæ quietis ſummè rovidus, peculiari Reſcripto in Judiciis & Dicaſteriis ſuis inferiori- us de ablatis in iſto bello â militibus Cæſarianis judicari prohibuerit: t idem teſtatur *d. l. n. 16.* Quibus & aſſentient Theologi omnes for- ean illi, qui bello utut injuſto captis facultatem denegant, ſeſe fugâ nde ſubtrahendi, ex ratione, quia jam tranſierint in capientis domi- ium, quamvis invito Domino. vid. Dn. D. Oſiand. ad Grot. *3. c. 7.* *. 6. O. 1. & 2.* Quod ſi vero bellum injuſtum eſt, *injuſtitiâ modi* tale, empe quando non eſt indictum, cum indici debebat (quando autem ndici debeat, conſul. Grot. *3. c. 3. §. 6. & ſeqq.* ibique Ziegler. & alii) atemur, pro argumento denegatæ in hoc acquirendi facultatis, Ro- manas leges ſpecioſiùs militare. Sic enim Pomponius in *l. 118. ff. de V. S.* & Ulpianus in *l. 24. ff. de captiv.* illum demùm pro vero hoſte gnoſcunt, â quo populo Rom. aut cui ab hoc, tanq. majeſtate ha- ente, bellum decretum eſt, cæteros pro latronibus, quibus proinde on acquiratur. At verò poſſet nihilominus & hîc ſcrupulus alicui eſidere non omninò ſpernendus: An ſcil. illarum legum ſenſus ſit, cquirendi in bello jus dependere præcisè à ritu indictionis: & hac

defi-

deficiente deficere acquiſitionem? Anne verò potius hoc velint: Propriè bellum eſſe ſaltem inter eos, qui jus habent decernendi & gerendi belli: penes quos ſc. ſumma rerum eſt & Majeſtas: adeoq; quando hi bellum in nos decernant, aut nos illis decernamus, eſſe indubiè hoſtes, cæteros, qui tali jure non pollent, utut nos laceſſant, tamen eſſe magis prædones, quam hoſtes. Id quod innuitur 1. *in dd. ll.* vocabulo *publicè*. i.e. publicâ authoritate, ut excludatur motus in belli ſpeciem incidens, qui privatâ agitur authoritate: in quo prædones magis propriè dicendi ſunt & latrones. Videtur conſentire Schneid. *ad* §. *17. I. de R. D. n. 2.* dum bellum juſtum à populo Rom. aliis vel ab aliis populo Rom. indictum explicat per illud, quod inter eos, qui ſuperiorem non recognoſcunt, geritur. 2. Verbo *decrevit*, quod nil aliud importat, quàm publico conſilio & decreto complacitum eſſe, ut bellum moveatur adverſus hanc vel illam Remp. inde verò non ſequitur, ſi taliter decretum bellum non ſignificetur, aut indicatur, e. gr. Romanis ab alterâ parte, etſi jure meritoque deberet, & à Romanis, quibus feciale jus ſanctiſſimum usque quaque habitum fuit, vix ac ne vix neglectum ſit, inde parti non indicenti nil acquiri, nequidem quà effectus externos illos. Sunt enim planè diſtincti actûs diſtinctaque momenta *publicè decreti*, & *indicti* belli. Poteſt aliquod bellum in publico conſeſſu publicâ autoritate decretum eſſe, alteri parti tn. non indictum aut denunciatum. Uti differt rogatio & ſanctio legis ab ejus promulgatione, ita concluſum decreti belli videtur diſtare, ab indictione belli, & promulgatis, ut vocant, præliis. 3. Quia & latrunculis exteræ gentis acquiritur, qui tamen præ morum barbariè planè non conſueverunt bellum indicere, & quibus iterum prælia non condicuntur aut denunciantur. Hinc licet illi hoſtes negentur. *l. 5. §. 2. junct. l. 6. l. 24. ff. de captiv.* tamen pro hoſtibus quoad effectum acquiſitionis habentur. *dd. ll.* Frantzk. *2. Reſ. 8. n. 2.* Grot. *2. c. 9. §. 18.* Conf. *th. 11.* Quidni itaque ſi quis hoſtis & bellatoris veri nomine & jure dignus, facto ipſo potius, quàm præmiſſâ denunciatione declarandum bellum ſibi ſumeret, numne inde externum illud acquiſitionis jus ex parte noſtrâ tali dubium facere poſſemus? Quod vix crediderimus, inclinante etiam in id Grotio *d. l. §. 19.* 4. Militat & hîc eadem boni communis prægnantiſſima ratio, quam in disquiſitione de jure acquirendi in bello injuſto, injuſtitiâ cauſæ tali, paulò abhinc hac ipsâ θ. adduximus. 5. Accedit, quod nondũ ubiq;

tum. ex iis rationes in contrarium eruendo 1.

2.

ubi diſtinguitur inter publicè decretum & indictum bellum

3.

4.

5.

expeditum ſit, an effectus acquiſitionis bellicæ de comuni Gentium jure præcisè dependeat à virtute denunciationis illius ſ. indictionis: Quò quidem propendet Grot. *3. c.3. §. 11. ſeq.* & alii ex communi Ddrum traditione ita loquentes, ſed quibus ſe opponit Dn. Ziegler. *ibid.* cum indictio alium reſpiciat finem, vid. *th. 16.* & jus externum acquirendi res bello captas magis ſuſtineatur ex juſtitiâ Imperii, quam ex juſtitiâ aut ſolennitate modi Conf. Dn. Ziegler *ad Grot. 3. c.6. §. 27.* Ex his ita prolixè, quod opus erat, deductis ſatis eluceſcit, quid juris nobis competat in res hoſtili manu à nobis ereptas hoſtibus noſtris, qui èasdem antè bello injuſto aliis rapuerant. Nempe nobis hactenus acquiſitas eſſe, ut & nos tanquàm capientes in poſſeſſione tuendi ſimus, & illi, qui à nobis cauſam habentes, eas poſſident, hactenùs quidem, ut ad reſtitutionem compelli judiciariâ manu nequeant, ſaltim non rēfuſo pretio, vel ex ſolâ causâ æquitatis, in quâ quoq; definitionem ſuam fundat Cz. *d.D.8. ſub.fin. per l. 65. C. de R.V. l. 19. C. de Procurat.* undè & præjudicium, ſupra *th. 15.* jam â nobis pro parte allatum, hanc in rem etiam inſigne. Hæcque minùs dubii habent, ſi pacificatione interveniente dominus injuſto bello ſibi erepta captori ceſſerit aut reliquerit: tunc enim in illa priſtino domino nulla prætenſio remanet, cum conſuetudine Gentium vis in bello, ſolenni maximè, quod dicitur, pro juſtâ reputetur, & per conſequens etſi titulus acquiſitionis habeat aliquod vitium, virtus tamen dominii ſalva ſit illius generis poſſeſſori, ſaltem jure externo. Pufend. *8. c.6. §.38.* qui ſi nobiscum in belli diſcrimen inducatur & implicetur, illæ res reſpectu noſtri ſine dubio hoſtiles erunt, & occupabiles, non minùs ac aliæ ejus res, alio quovis titulo ad eum devolutæ.

Subjungitur denique Quatenus ergò acquiſitum in bellis iſtiusmodi intelligatur: maximè ſi tale quid per pacificationem ceſſum, aut relictum ſit.

XXI.

Planè aliud itaque dicendum erit de rebus, quæ nullo modo hoſtium ſunt, licet penes eos in oppidis, vel intra præſidia eorum deprehendantur, reverâ & omninò alienæ. Tales etenim nullatenus belli jure capienti cedunt: quia in his ratio deficit, vid. *th.19.* & de cætero jus hoc mutandi per vim dominii odioſius eſt, quam ut produci debeat; cum odia potius ſint reſtringenda. *l. 19. ff. de lib. & poſth. C. odia 15. ff. de R. I. in 6. Grot. 3. c. 6. §. 5.* Excipitur tamen caſus, ſi quod in illis rebus jus habeat hoſtis, quod poſſeſſioni connexum hæreat, puta pignoris, retentionis, ſervitutis; tùm enim hoc jus acquiritur. Grot. *d. l. §. 26.* Conf. Dn. Kulpis *de privat. in hoſt. excurſ. th. 20.* ubi rectè con-

Huc non pertinent quæ nullo modo ſunt hoſtiles.

Except.

contra Dn. Ziegler. *ad Grot. d. l.* §. 5. defendit Grotium, qui *lib.* 3. *c.* 4. §. 6. *ſeq.* ſtatuerat, perſonas peregrinas, quæ intra fines hoſtiles deprehendantur, jure belli pro hoſtibus haberi: quia ab illis quoque damnum metui poteſt: & eſt, quod ſibi imputent, ſi, cùm ante bellum eò iverant, intra illud tempus, intra quod diſcedere potuerùnt, non diſceſſerint. laud. Dn. Kulpis *in Colleg. Grot. Ex.* 11. *ad lib.* 3. *c.* 4. *p.* 136. adeoque diverſum quid eſſe inter res & perſonas, propter diverſitatis quæ ſubeſt rationem: cùm non uti perſonæ, ita & res diſcedere poſſint: quibus quod fortean damnum datur, ab ipſis directò & per ſe non venire, ſed potius perſonam hoſtis in cauſa eſſe.

Diverſitatis ratio *inter* perſonas *&* res apud hoſtes inventas.

XXII.

Vel in quantitate *in quam computandum venit* *&* ſimplum *&* augmentum ſubnaſcentis debiti: *quâ ratione juſta eſt* compenſatio damnorum, Impenſarum, Injuriæ, ſecuritatisque præſtatio. *Quorum ſingula illuſtrantur* ſimilium ex judiciis petitorum applicatione.

Ratione quantitatis recuperatio, ad iniquam hoſtis occupationem & detentionem proportionata, ſe exſerit in conſequendo & recipiendo non tantum *ſimplo*, quod nobis per vim iſtiusmodi injuſtam ex patrimonio noſtro abeſt; ſed & cum *augmento ſuo*, & ſubnaſcente debito. Quo pertinent, quæ veniunt, & jure venire poſſunt, non tantùm in compenſationem & *damnorum*, tùm in violentâ noſtræ rei ablatione petulanter nobis datorum, tùm poſteà ex amicabiliter petitâ, & præfractè denegatâ, reſtitutione nobis aliàs obvenientium: & *impenſarum* in eam juris perſecutionem, violentamque executionem inſumptarum; ſed & vindicationem *injuriæ* ſimul nobis illatæ, & præterea in præſtationem adfirmatæ & certæ in poſterum *ſecuritatis*, contrà inſultùs iſtiusmodi, & injurioſam hoſtium petulantiam. Quemadmodum enim in judicio, mediante actione, vindicanti domino poſſeſſor tenetur non tantùm ipſum corpus, ſed & cum omni causâ reſtituere. *l.* 17. §. 1. *l.* 20. *ff. de R.V.* ita quoque fas eſt, in bello juſto, quale eſt rerum ſuarum recuperativum, occupare non tantùm, quæ ad nos pertinent, ſed & de bonis hoſtium ea omnia, quibus & damna culposè data, & impenſæ belli reſarciuntur. Molin. *de J. & J.* 2. *D.* 117. *n.* 2 ubi inſimul, quid impenſarum nomine veniat.: nempe non ſolummodò ſumptus belli, ſed & juſta merces prò laboribus, quos ſubierunt, & periculis, quibus ſe expoſuerunt, quatenus belli ſumptibus hæc non fuêre perſoluta. Quemadmodum porrò in judicio injuriam illatam quilibet vindicare non prohibetur, ſecundùm æſtimationem vel à ſe ipſo factam, æqui judicis arbitrio tamen temperatam. *l.* 7. *pr. ff. de injur.* §. 7. *Inſt. eod.* Quemadmodum denique,

expeditum ſit, an effectus acquiſitionis bellicæ de comuni Gentium jure præcisè dependeat à virtute denunciationis illius ſ. indictionis: Quò quidem propendet Grot. *3. c. 3. §. 11. ſeq.* & alii ex communi Ddrum traditione ita loquentes, ſed quibus ſe opponit Dn. Ziegler. *ibid.* cum indictio alium reſpiciat finem, vid. *th. 16.* & jus externum acquirendi res bello captas magis ſuſtineatur ex juſtitiâ Imperii, quam ex juſtitiâ aut ſolennitate modi Conf. Dn. Ziegler *ad Grot. 3. c. 6. §. 27.* Ex his ita prolixè, quod opus erat, deductis ſatis eluceſcit, quid juris nobis competat in res hoſtili manu à nobis ereptas hoſtibus noſtris, qui eaſdem antè bello injuſto aliis rapuerant. Nempe nobis hactenus acquiſitas eſſe, ut & nos tanquàm capientes in poſſeſſione tuendi ſimus, & illi, qui â nobis cauſam habentes, eas poſſident, hactenùs quidem, ut ad reſtitutionem compelli judiciariâ manu nequeant, ſaltim non rēfuſo pretio, vel ex ſolâ causâ æquitatis, in quâ quoq; definitionem ſuam fundat Cz. *d. D. 8. ſub. fin. per l. 65. C. de R. V. l. 19. C. de Procurat.* undè & præjudicium, ſupra *th. 15.* jam â nobis pro parte allatum, hanc in rem etiam inſigne. Hæcque minùs dubii habent, ſi pacificatione interveniente dominus injuſto bello ſibi erepta captori ceſſerit aut reliquerit: tunc enim in illa priſtino domino nulla prætenſio remanet, cùm conſuetudine Gentium vis in bello, ſolenni maximè, quod dicitur, pro juſtâ reputetur, & per conſequens etſi titulus acquiſitionis habeat aliquod vitium, virtus tamen dominii ſalva ſit illius generis poſſeſſori, ſaltem jure externo. Puſend. *8. c. 6. §. 38.* qui ſi nobiſcum in belli diſcrimen inducatur & implicetur, illæ res reſpectu noſtri ſine dubio hoſtiles erunt, & occupabiles, non minùs ac aliæ ejus res, alio quovis titulo ad eum devolutæ.

Subjungitur denique Quatenus ergò acquiſitum in bellis iſtiusmodi intelligatur: maximè ſi tale quid per pacificationem ceſſum, aut relictum ſit.

XXI.

Planè aliud itaque dicendum erit de rebus, quæ nullo modo hoſtium ſunt, licet penes eos in oppidis, vel intra præſidia eorum deprehendantur, reverâ & omninò alienæ. Tales etenim nullatenus belli jure capienti cedunt: quia in his ratio deficit, vid. *th. 19.* & de cætero jus hoc mutandi per vim dominii odioſius eſt, quam ut produci debeat; cum odia potius ſint reſtringenda. *l. 19. ff. de lib. & poſth. C. odia 15. ff. de R. I. in 6. Grot. 3. c. 6. §. 5.* Excipitur tamen caſus, ſi quod in illis rebus jus habeat hoſtis, quod poſſeſſioni connexum hæreat, puta pignoris, retentionis, ſervitutis; tùm enim hoc jus acquiritur. Grot. *d. l. §. 26.* Conf. Dn. Kulpis *de privat. in hoſt. excurſ. th. 20.* ubi rectè con-

Huc non pertinent quæ nullo modo ſunt hoſtiles.

Except.

contra Dn. Ziegler. *ad Grot. d. l.* §. 5. defendit Grotium, qui *lib.* 3. *c.* 4. §. 6. *ſeq.* ſtatuerat, perſonas peregrinas, quæ intra fines hoſtiles deprehendantur, jure belli pro hoſtibus haberi: quia ab illis quoque damnum metui poteſt: & eſt, quod ſibi imputent, ſi, cùm ante bellum eò iverant, intra illud tempus, intra quod diſcedere potuerunt, non diſceſſerint. laud. Dn. Kulpis *in Colleg. Grot. Ex.* 11. *ad lib.* 3. *c.* 4. *p.* 136. adeoque diversum quid eſſe inter res & perſonas, propter diverſitatis quæ ſubeſt rationem: cùm non uti perſonæ, ita & res diſcedere poſſint: quibus quod fortean damnum datur, ab ipſis directò & per ſe non venire, ſed potius perſonam hoſtis in cauſa eſſe.

Diverſitatis ratio *inter* perſonas *&* res apud hoſtes inventas.

XXII.

Ratione quantitatis recuperatio, ad iniquam hoſtis occupationem & detentionem proportionata, ſe exſerit in conſequendo & recipiendo non tantum *ſimplo*, quod nobis per vim iſtiusmodi injuſtam ex patrimonio noſtro abeſt; ſed & cum *augmento ſuo*, & ſubnaſcente debito. Quo pertinent, quæ veniunt, & jure venire poſſunt, non tantùm in compenſationem & *damnorum*, tùm in violentâ noſtræ rei ablatione petulanter nobis datorum, tùm poſteà ex amicabiliter petitâ, & præfiactè denegatâ, reſtitutione nobis aliàs obvenientium: & *impenſarum* in eam juris perſecutionem, violentamque executionem inſumptarum; ſed & vindicationem *injuriæ* ſimul nobis illatæ, & præterea in præſtationem adfirmatæ & certæ in poſterum *ſecuritatis*, contrà inſultùs iſtiusmodi, & injurioſam hoſtium petulantiam. Quemadmodum enim in judicio, mediante actione, vindicanti domino poſſeſſor tenetur non tantùm ipſum corpus, ſed & cum omni cauſâ reſtituere. *l.* 17. §. 1. *l.* 20. *ff. de R.V.* ita quoque fas eſt, in bello juſto, quale eſt rerum ſuarum recuperativum, occupare non tantùm, quæ ad nos pertinent, ſed & de bonis hoſtium ea omnia, quibus & damna culposè data, & impenſæ belli reſarciuntur. Molin. *de J. & J.* 2. *D.* 117. *n.* 2 ubi inſimul, quid impenſarum nomine veniat.: nempe non ſolummodò ſumptus belli, ſed & juſta merces prò laboribus, quos ſubierunt, & periculis, quibus ſe expoſuerunt, quatenus belli ſumptibus hæc non fuère perſoluta. Quemadmodum porrò in judicio injuriam illatam quilibet vindicare non prohibetur, ſecundùm æſtimationem vel á ſe ipſo factam, æqui judicis arbitrio tamen temperatam. *l.* 7. *pr. ff. de injur.* §. 7. *Inſt. eod.* Quemadmodum denique,

Vel in quantitate *in quam computandum venit &* ſimplum *&* augmentum ſubnaſcentis debiti: *quâ ratione juſta eſt* compenſatio damnorum, Impenſarum, Injuriæ, ſecuritatisque præſtatio. *Quorum ſingula illuſtrantur* ſimilium ex judiciis petitorum applicatione.

quan-

quando metus juſtus ſubeſt, ne ulteriori in nos injuriâ, & offendendi licentiâ invehere pergat, & laceſſere, juſtè illa metuenti legibus noſtris parata eſt cautio de non offendendo in poſterum, quâ petitâ & impetratâ ſibi ſuisque conſulere poteſt. *l. 5. C. de his, qui ad Eccleſ. conf. junct. l. 6. §. 2. ff. de off. Præſ.* cùm teneatur eâ ipsâ vel tutam nobis præſtare ſecuritatem, vel recedere à loco, & omne id facere, quod neceſſarium fuerit judicatum, ut evitetur periculum. Molin. *d. D. 117. n. 1.* Cujus in locum Camera Imper. mandata de non offendendo decernere ſolet, ſub pœnâ fractæ pacis publicæ, præſuppoſitis ſcil. præſupponendis. vid. Gail. *de P.P. lib. 1. c. 2. & 3* ita quoque non injuſtum eſt in bello recuperativo, ſimul occupare ex bonis hoſtium tantum, quantum ſufficere viſum eſt pro vindicandâ quaſi injuriâ, ſimul illatâ, aut ſi quid ulterius hoſti eripi ad cautionem & ſecuritatem neceſſarium bonâ fide judicatum fuit, quo magis in poſterum in officio ſuo contineatur, nec opum ſuperfluarum fiduciâ eodem iterum nos jugulet gladio. Ad quem modum & ſenſum valida haberi non repugnabimus, quæ comm. Naturaliſtæ venditant: Jure G. in bello ſolenni quemvis ſine fine modoque fieri dominum eorum, quæ hoſti eripit. Grot. *3. c. 6. §. 2.* & dum quis hoſtem ſe alicujus profitetur, eo ipſo licentiam illi concedere, vim contra ipſum inferendi in infinitum, aut quantum ipſi videatur: quaſi condicta bella aliquid inſtar contractûs talis haberent: *tenta quid valeas, ego itidem omnia experiar.* Dn. Puſend. *de J. N. & G. 8 c. 6 §. 7.* vel quomodo Id *d. l. §. 16. inf.* id aliis verbis exprimit: quaſi bellantes tacito quodam pacto in ſævitiam martis, cujusque arbitrio exſerendam, aut temperandam conſenſiſſent: idq; ex ratione communi, quia fortè ſine his pax, tranquillitas & ſecuritas, quæ belli finis ſunt, obtineri conſervarique nequit. Molin. *d. l. n. 2.* Probè tamen & ſummopere hic obſervandum venit illud, quod jam indigitavimus, diſcrimen inter ea, *quæ ſtatus hoſtilitatis, præciſim ſumptus, & merè talis* permittit, & quæ *æquitatis benignâ juſtitiâ temperatus* ſuadet & inculcat: ex quâ ſi in infinitum protenſam illam licentiam, & licentioſum illud arbitrium, non *ſimpliciter*, ſed *civili loquendi modo* interpretemur, pro eo quod indefinitum eſt, certis limitibus hactenus inter Gentes non circumſcriptum, niſi ex legis naturalis manſuetudine: veluti in jure noſtro juramentum in litem, ordinarium illud, objective in infinitum ferri dicitur, *l. 68. ff. de R. V.* quod tamen, ſi exorbitat, taxatione æquioris judicis refre-

Quomodo verum ſit quod dicitur licentiam contra hoſtem in infinitum protendi.

An illâ ratione proportionem in bello locum habere, dici poſſit? & an retributio bellica propriè pœnarum rationem habeat? & an bellum merè pœnale detur? tùm.

refrenatur. *l. 18. pr. ff. de dol. l. 5. §. 1. ff. de jurejur. in lit.* non eſt, quod adeò durum, aut à ratione alienum jactitetur. Neque eſt quod objectandum fortean nobis magnoperè curemus, quaſi hæc talis retributio aut compènſatio minùs ſit proportionata. Namque proportionata eſt, etſi non *ſtrictim*, ad rem nobis præreptam, tamen *cum aliquâ ſui latitudine*, & reſpectu ad totum cauſarum complexum: ſive ſecundùm ea omnia, quæ hîc dijudicanda & attendenda venire modò diximus. Quo intuitu non opus eſt, ut cum Puſend. *d. l. §. 7.* proportionatam retributionem reſtringamus ad judiciorum tribunalia, cùm & in diribitorio Martis ſuũ ſibi inveniat, & invenire debeat, locum. Quamvis in eo non diſſentiamus, quòd, quæ mala jure belli inferuntur, proprie & formalem pœnarum rationem non habeant: quippe quæ nec à ſuperiore, ut tali, proficiſcuntur: nec ad emendationem lædentis, aut cæterorum, directè tendunt, ſed ad defenſionem & aſſertionem ſalutis, rerum juriumque meorum. Puſend. *d. l.* Sicuti nec admittimus bellum pœnale, propriè & merè talè, cum Dn. D. Oſiand. *ad Grot. 2. c. 1. th. 2. O. 3. & 2. c. 20. th. 4. ſeqq.* & Dn. Kulpis, *de privat. in hoſt. excurſ. th. 12. & in Colleg. Grot. ad lib. 2. c. 20. Ex. 9. p. 107.* Secùs ac ſentit Grot. *dd. ll.* qui ex communi hominum jure derivatum id comminiſcitur. *lib. 3. c. 18. §. 1. circ. fin.*

XXIII.

Effectum *quem alium habet* recuperatio ſperata; *alium* actu facta.

Spes recuperationis, ratione recuperandorum, licentiam bellicam cohibere debet, regulariter.

Firmatur id Ratione *petitâ tùm ab* abſurdo

Ordinis ratio nunc ad Effectum nos deducit: Non erit autem abs re bellicam noſtram recuperationem hîc loci aliquanto laxiùs conſiderare, & ſecundum duplicem ſtatum, quo nempe hactenus *tentatur* & ſperatur, & quo jam *actu facta* eſt, & omnibus numeris abſoluta, propriè recuperationis nomine digna. Aliam enim illa virtutem oſtendit; alium hæc relinquit effectum. Scilicet ſpes illa ſecuturæ cum pleniori effectu actualis recuperationis eorum, quæ ex noſtris hactenus injuriâ detinet hoſtis; hoc ſuadet, & utiliter inculcat, ut parcatur iis, quos liberaturus, & ab earum rerum excidio & vaſtatione contineantur manus efferatæ, quas poſſeſſurus recuperator exercitus venit. Quis enim, & quo nam conſilio, quâve æquitatis ſpecie ſuas ſibi res, ſaltem quæ brevi tales futuræ ſunt, vel in præmium victoriæ ceſſuræ, deſtruat, vel quos à manu hoſtili liberare debebat, truculentiùs habeat, hoc ipſo magis hoſtis, quàm æquus aſſertor & vindex libertatis? Sane in judicio vindicans rem ſuam, culpam quoque deteriorationis poſſeſſori imputatum it, compenſationem ejus

per Judicem repoſcens. *l.13. ff. de R.V.* imputat & hoſti talia, belli lege ſua repetens. *θ. praeced.22.* Quomodo itaque damnoſæ culpæ vituperio ſe eximet, in propria viſcera qui ſævit, immemor reciprocæ quaſi legis, quæ, parentibus fidelis obſequii neceſſitatem efflagitando, regentibus neceſſariæ tutelæ & protectionis gloriam imperat? Cui bono recuperativum bellum movebit, impenſas belli, & præmium recuperationis in rebus perditis quæſiturus? Aliter ſentiens Crœſus, Cyroque ſuadens ne Lydiam populandam militi daret: *Non meam*, inquit, *urbem, non res meas diripies: Nil enim ad me jam iſta pertinent: tua ſunt: tua illi perdent.* Hæc non attendentibus dictum ſibi accipiant illud:

tùm ab Authoritate.

Petendo Patriam perdis: ut fiat tua
Vis eſſe nullam. Quin tua cauſa nocet
Ipſum hoc, quod armis vertis infeſtis ſolum,
Segetesque adultas ſternis, & totos fugam
Edis per agros. Nemo ſic vaſtat ſua.
Quæ corripi igne, quæ meti gladio jubes,
Aliena credis.

tùm ab utilitate. *Dantur* Exceptiones: *ubi vel recuperanda duriùs habere licet:* in caſibus *vel* meriti mali: *vel* inevitabilis neceſſitatis. Exempl.

vid. *Grot. 3. c. 12. §. 3.* cujus fide hæc adducimus. Quæ talia vel hodiè maximè ſunt, in quæ quoque inducere licet illa Grotiana *d. l. §. 5.* ipſa virtus, vìlis hoc ſeculo, ignoſcere nobis debet, ſi quando *per ſe* contemnitur, ex *utilitatibus* ipſi precium facimus. Sunt verò illa accipienda *de regulâ:* quæ tamen concurrentibus certis circumſtantiis facilè quasdam patitur *exceptiones:* ubi duriùs habere noſtros, hoſtili jugo hactenus ſubmiſſos, vel inſeſſa ab hoſte loca diruere, aut igne ſubmiſſo vaſtare, perdere, non omni juſtitiâ caret, imò & aliquando qui talia intermittit, officio ſuo minus ſatisfacere perhibendus ſit: veluti in caſu vel antecedanei alicujus *meriti mali*, cujus enormitas hunc pœnæ rigorem adæquat: *vel talis neceſſitatis*, ubi non alia hoſtem ſubigendi, & juris noſtri conſequendi, noſtraque recuperandi via patet, totique Reip. graviora immineant, vel ruinam minitantia, pericula. Sic e. gr. quando urbs aliqua ab hoſte injuſtè occupata & pertinaciùs detenta, à noſtratibus obſidione cingeretur, bellicoſâ manu iterum expugnanda, certè ſi cives & incolæ iſtius urbis cauſæ exſtitiſſent illius mali, & colluſione quâdam factâ in modum proditoriè deficientium, hoſtem, pretio forte pacti, vel aliâ ſiniſtrâ intentione advocaſſent, intromiſiſſent, vel intrare ſine urgente neceſſitate dolo-

doloſè paſſi eſſent, imò adhuc dum ſubſidiis & auxiliis doloſè foverent; aut etiam ſi hoſtis inſidentes copiæ, fiduciâ aut præpollentium virium ſuarum, aut munitionum, quibus urbem quodammodo inexpugnabilem, vel tardiùs ſaltem, & non, niſi exuſtis ab ejusdem hoſtis alio exercitu integris Provinciis & regionibus, ut periculum ſit, ne partes cæteræ, aliæ ex aliis, in eandem pertraherentur ruinam, exſuperandam reddidiſſent, ad deditionem inde, non attentis identidem factis evocationibus, haud flexibiles: quin tum obſeſſores noſtri milites ducesve locum iſtum undiquaque oppugnare poſſint, imò debeant, injectâ undique ignitorum globorum mole, utut excidium ipſum minante & inferente, nulla nos dubitandi ratio tenet. Paterentur enim non ultrà quàm eſt in nexu obligationis ergà Remp. ſuam, aut ſi quid fortean iniqui aut duri coincideret, id omne utilitate publicâ rependeretur. Conf. Molin. *2. D. 119. n. 7.* ubi & quomodo interfectio innocentis in oppugnandâ Civitate, quæ ex ſe nefas, in bello juſto ex accidenti, & boni communis ratione, juſtificetur, diſſerit. Secus itaque in caſu, ubi illi ſe dederunt aut ſubmiſerunt hoſti, ſine prævio ſcelere, toti Civitati imputando, impares ex ſe ad ſuſtinendum impetum hoſtilem, & aliundè, unde adventantem ſperare debebant opem, & fortè jam antè ſollicitaverant, nullâ ſecuritatis aut liberationis ſpe erecti, obfirmati, certi: His etenim nil eſt quod imputetur, niſi ipſa fatalitatis neceſſitas, nemini cæteroquin imputanda, niſi in fati conditiones liberè conſentienti; Confer. omninò Dn. Braudlacht. *ſuprà cit. loc. conſ. 5. ferè per tot.* ubi, propoſitis & ventilatis in utramque partem rationibus, operoſus eſt in disquirendo, an, urgente neceſſitate, ſubditus vel Vaſallus potentioris gratiæ ſe ſubjicere & dedere poſſit: quod rectè affirmat; Aut nulla talis neceſſitas urget, & alia expellendi ac ſubigendi hoſtem via facilè patet: Hæc etenim ratio cùm & in hoſtem hoſtilitatis truculentioris licentiam, in occidendo, vaſtando, & corrumpendo, mirum quantùm conſtringat: vid. Grot. *3. c. 11. & 12.* quantò potentiùs in noſtris recuperandis operabitur.

Ratio.

Secus eſſe ubi talia deficiunt.

XXIV.

Recuperatio verò jam actualiter facta, prout ſecuta eſt, vel in continenti, vel ex intervallo, vid. *th. 3.* ſecundum id quoq; Judicium formandum eſt de ejus conſecutivo effectu. *Inſtantanea* illa, quæ in continenti facta, cùm ſemper impediat, quo minus quid firmiter acquiſitum

Recuperatio actualiter facta, ***& quidem*** inſtantanea illa, domino cur ſuum retribuat?

tum dicatur ex parte detinentis, & ex parte domini, quo minùs quid penitùs amiſſum judicetur, proinde quicquid recuperatrix belli manus hoſtibus iterum eripit, id in genere, ſine dubio, non recuperatoribus, ſed dominis priſtinis retrocedat oportet, quaſi nunquam ereptum aut amiſſum. Id quod haud dilucidiùs patebit, quàm ex collatione recuperationis rerum, in bello juſto ab hoſte juſtè occupatarum. Quemadmodum enim ex facto noſtro, hoſtium cum re noſtrâ, utique mobili, ſibi quam licitè belli lege ceperant, retrocedentium, in tutum locum tamen hactenus nondum progreſſorum, inſecutivo, conjectura deſumitur, animum & ſpem recuperandi nondum deſpondentis domini, arg. *l. 5. pr. & §. 1. l. 44. ff. de A. R. D.* & ex parte alterâ, hoſtis ſcil. fiduciam ſibi ſervandi & continuandi juris, quod ex apprehenſione initium cepit, adeoque dominii firmi, antequam in tutum pervenit, nondum habentis. *arg. l. 51. ff. de R. I.* & idcircò, quæ ab hoſtibus ex bonis noſtris non illicitè capta, à noſtris in fuga recuperantur, non recuperatoribus, ſed priſtinis dominis, etiam non refuſo pretio, cedunt. Covarruv. *in C. peccatum. p. 2. §. 11. n. 8.* Carpz. *p. 4. C. 35. d. 9.* ubi præjudicium tale Anno 1633. pronunciatum habet: Hat das Käyſerl. Volck bey euch im Gebirge vor wenig Wochen viel Stätte und Dorffſchafften geplündert/ und theils in Brand geſtecket/ auch Vieh/ Pferde/ und andere Sachen mehr mit genommen/ und es ſeynd dem Feinde an etlichen Orthen von den Einwohnern die abgeraubte Pferde/ und andere Sachen wieder abgejaget worden/ ſo nunmehr von den Eigenthumbsherren in Anſpruch genommen und wieder begehret worden rc. So werden ſolche dem Feinde abgejagte Stücke dem rechten Herren billig abgefolget/ und ſie mögen nach Gelegenheit diß Falls/ dafür einige Erſtattung zuthun nicht gedrungen werden/ v. R. W. Mev. *ad Jus Lub. d. l. 4 t. 1. art. 10 n. 17.* ubi teſtatur ſecundum hæc non ſemel reſponſum & judicatum fuiſſe: ita quoque adhuc magis, in recuperatione iniquè ab hoſte præreptorum momentaneâ, juris, domino priſtino redintegrandi, nec recuperantibus quid tribuendi, ratio urgentior in promptu eſt. Nam & aliàs non videtur poſſeſſionem adeptus is, qui ita nactus eſt, ut eam retinere non poſſit. *l. 22. ff. de A. & A. P.* nec videtur amiſſa poſſeſſio fuiſſe, quando recuperatur in continenti: uti Lud. Molin. *d. tr. de J. & I. 2. D. 26. n. 17.* in materia poſſeſſionis, ab alio vi uſurpatæ, in continenti recuperandæ, *ex l. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm.* diſſerit: ubi & præterea

quod declaratur ex analogiâ juris, circa juſtè occupata in bello.

Præjudicio.

& majoritate rationis

terea *n. 15. ſeq.* docet, quomodo in illo juris articulo non ſtrictim, ſed cum aliquâ ſui latitudine verba, *incontinenti*, accipienda veniant, ita ut aliquando, concurrentibus circumſtantiis, nec 10. anni præciſè ponant recuperationem ex intervallo factam: utique, ſi præparatio ad recuperandum talem tantique temporis apparatum requiſiverit: quâ ratione, qui ſe ad recuperandum præparavit, animo retinere poſſeſſionem dicitur Bocer. *de duell. c. 9 n. 5.* Gail. *de P. P. c. 16. n. 16. & c. 17. n. 29.* Add. ap. Vultej. Anteceſſ. Marpurg. *vol. 3. Conſ. 9. per tot. inprimis n. 19.* quod tamen ſecus, in ſubſtratâ hac materiâ, ubi in continenti recuperatio fieri dicitur, quando res ablata nondum in hoſtium præſidia, aut ſtationes ſecuras, perducta, *d. θ. 3.* vel ſecundùm nonnullorum conſuetudinem, quando penes hoſtem nondum fuit 24. horarum ſpatio. Grot. *3. c. 6. §. 3.* vid. tamen Dn. Ziegler. *ibid.* & Petr. Bell. *d. tr. de re milit. p. 2. t. 1. n. 11.* ubi dicit, jura hoc non habere. *verba in continenti quàm variè ſignificent in jure.*

XXV.

Recuperatio verò ex *intervallo* quæ fit, & poſtquam hoſtes capta in ſecuram ſuam poſſeſſionem transtulerint, aut receperint, effectum producit, reſpectu quidem *detinentis* hunc, ut dicatur penitùs amiſiſſe, quicquid ſibi hactenùs aſſeruit juris & poſſeſſionis in rē præreptam & detentam: quod, ſive rotundiori loquendi modo, *dominium externum*, ſive, per periphraſin, *poſſeſſionem jure belli qualificatam*, aut imprægnatam, communicatis & relictis ex jure proprietatis quibusdam virtutibus, cum hôc effectu, ut actus, vero domino aliàs proprii, & hîc à poſſeſſore exerciti, judicio coactivo in irritum ſimpliciter reddi nequeant, appellare mavis, nulli nos obſtaculo habueris. Et adeò quidem hoc quicquid juris eſt intercidit, ut ne quidem prætenſionem ſibi ſuperſtitem aſſerere jure poſſit. Quantum enim captum fuit, tantum iterum ademptum: & quod jus in manu conſiſtere dicitur, re facto contrario manibus excuſſâ, & ipſum penitùs excuſſum non immeritò cenſeri debet: quare poſthac ad hanc rem non magis jus habebit, quàm durante bello ad cæteras res hoſtis, cujus dominium in rebus ſuis reſpectu ſui hoſtis pro nullo eſt, ut detur licentia eas capiendi, vid. *ſuprà th. 19.* *Recuperatio ex intervallo effectum producit alium reſpectu detinentis: qui omni ſuo jure excidit vp. dominio externo. Hoc quid ſit?*

XXVI.

Reſpectu *recuperantis* effectus ſe oſtendit in pleniori vulnerati juris reparatione: & vel in reſtitutâ dominii, ejusq; juris liberè fruendi facultate: quippe re ita belli jure vindicatâ, cum redeunte poſſeſſione, redit & jus omnia emolumenta, ex re illâ quâvis ratione ſperanda *alium reſpectu Recuperantis vp.*

in poſterum percipiendi, ad priſtinum dominum; vel in factâ quaſi adjudicatione, & in ſolutum acceptione, alterius alicujus rei, in locum ereptæ, inſimulque impenſarum in ipſam executionem factarum aliorumque ſumptuum: id quod non niſi effectum dominii noviter acquiſiti arguit & involvit, modò tamen apprehendentis non alia fuit intentio. vid. Dn. Pufend. *de J. N. & G. 5. c. 13. §. 10.* ubi iſtam rei adjudicationem, & adjudicatæ executionem, ab ipsâ parte læsâ, ſuis ſociorumve viribus factam, ſtatui & libertati naturali propriam eſſe, ab indole civilis ſtatûs abhorrentem. *l. 5. ff. de A. P.* & aliis juris textibus rectè docet. Conf. tamen *th. 6.* vel in ſatisfactione aliâ iis debitâ, quibus in præmium fortitudinis res talis, vel recuperata, vel ſaltem hoſtilis, jure proprietatis relinquitur. In quo rerum articulo cùm Dd. comm. ſolliciti eſſe ſoleant circa eam juris quæſtionem: Cuinam res ab hoſtibus capta, & virtute bellicâ recuperata, (ita generaliter ratione objecti eam format Harprecht. *ad §. 17. I. de R. D.*) retrocedat, an in ſpecie priſtino domino, an ipſis recuperatoribus: &, hoc caſu, an ipſi Summæ poteſtati, ſub cujus auſpicio bellum hoc recuperativum geritur, & ſub cujus imperio priſtinus ille Dominus exiſtit; an verò ſingulis militibus, prout quisq; ceperit? Nos eam hîc loci in uberiorem adducere disquiſitionem ſuperſedere haud poſſumus. Spinoſam eam vocat Harprecht. *in Diſſertat. de bell. concl. 16.* & ancipitem. Bocer. *de bell. c. 15. n. 7. in ſummar.* nec immeritò quidem, ob circumſtantiarum, quibus res involuta eſt, multitudinem. Ut itaque ſingula momenta eo feliciùs excutiantur, & controverſiæ ſtatus certiùs appareat, hôc magis ordine procedendum ducimus. Et quidem ablata ab hoſtibus, ex poteſtate eorum iterum extrahenda, quàm varia ſint, tetigimus ſupr. *th. 10.* quæ omnia quidem objectum conſtituunt recuperationis bellicæ, ad hanc verò quæſtionem in ſpecie pari jure haud pertinentia. Quæcunque enim jure poſtliminii recipiuntur, illa cum in priſtinam cauſam regulariter recidant. *l. 19. pr. ff. de captiv.* in hanc dubitationis aleam propriè non ſunt adducenda. Hinc ſi integra quædam natio, integer populus, & univerſitas, hoſtium manibus iterum excutiatur & liberetur, tunc aut *fuit in libero ſtatu*, nullius alterius imperio ſubjecta, ſed ſuo relicta arbitrio: & recuperata ſtatum priſtinum recipit: ſive *ſociorum armis vindicata:* cùm ſociorum milites, certè quantum ad ejus belli operationes, pro noſtris habeantur:

qui

qui autem noſtrorum numero continentur, eos defenſores decet eſſe, non noſtrarum rerum dominos. *l. 12. C. de poſtlim.* Excepto tamen eo, ſi quid fœdere ſociali aliud convenerit. Grot. *3. c. 9.* §. *12.* Poſſe autem conveniri inter ſocios, ut quisque, alterius quod olim fuit, hoſti ereptum, ſibi retineat proprium, teſtis eſt Dn. Puſend. *de J. N. & G. 8. c. 6. §. 26.* Exemplo Demetrii, qui maluit Philippo Regnum ſibi ademptum cedere, quam id Romanis relinquere. Juſtin. *lib. 29. c. 2.* vid. præprimis laud. Braudlacht. *d. l. Conſult. 6. n. 12. ſeqq.* Sive *ſuis viribus*, ſuoque auſu hoſtile jugum excuſſerit, dejectis aut enecatis præſidiis. Et hôc caſu eo magis antiquæ libertatis ſtatus recurrit, cùm hîc in uno ſubjecto concurrant & reſpectus priſtini domini, & bellicoſi recuperatoris; Aut *pars fuit alterius corporis myſtici*, nexu ſubjectionis huic devincta: & ſive proprio, ad bellum conducto, aut ex concivibus lecto, ſive â ſociis ſubmiſſo & coadunato milite recuperata ſit, idem juris eſt; nempe in quo ſtatu fuit ante occupationem hoſtilem, in eum revertitur recuperata, ex iisdem rationibus. Sicut &, ſi proprio auſu præſidia hoſtilia dejecerit, ad antiquum corpus revertetur, nec peculiarem civitatē conſtituere prætendet, utique cùm civitas ſ. Reſp. iſta, unde fuit avulſa, ſuo juri ad iſthanc partem non renunciaverit. Puſend. *d. l. in fin.* Hinc porrò, cùm non minùs virtute juris poſtliminii gaudeant perſonæ ſingulæ recuperatæ. *l. 7. pr. ff. de A. R. D. l. 12. §. 9 l. 26. in fin. ff. de captiv. l. 12. C. de poſtlim.* & res quoque immobiles aliæ, præter univerſitatem propriè ſic dictam, *l. 6. pr. ff. de R. D. l. 36. ff. de relig. l. 20. §. 1. ff. de captiv.* Conf. Grot. *d. l. 3. c. 9.* ubi ſollicite de hôc puncto, maximè quid de Jure Gentium obtineat, disquirit; hæ omnes res huc non pertinent. Reſtant itaque ſaltem res mobiles, quæ in præda eſſe, & haud poſtliminio redire dicuntur. *l. 28. ff. eod.* de quibus non tantùm illam legem Gloſſa & Dd. Comm. accipiunt, quæ aliàs videtur generalior eſſe, ſed & à nobis quæſtio, quæ hîc in diſceptationem venit, informanda eſt in ſpecie hoc modo:

Cuinam res mobiles privatæ ab hoſtibus noſtris occupatæ, & inde iterum bello per noſtros ereptæ, retrò cedant, an priſtino Domino, an Reip. ſive ſummæ poteſtati, an militibus ſingulis, tanquam recuperantibus? In hunc ferè modum formatam eam exhibet Bocer. *de bell. c. 15. n. 7.* Antiquitùs & hîc opus erat diſtinctione aliquâ ab objecto petitâ. Nempe, an iſtiusmodi res mobilis ab hoſte prærepta in recuperationem veniret, in cujus favo- *Deinde ponendo aut formando ſtatum controverſiæ:*

 rem

circa res ſaltem mobiles. ubi præmittitur quomodo aliter respond. ex jure antiquiori. aliter ex hodierno uſu. & ſubjunguntur primò rationes quæ militant tùm pro domino.

rem jus poſtliminii introductum eſſet, nec ne? Regulariter enim nullæ res mobiles virtute juris poſtliminii gaudebant, ſed in prædâ eſſe dicebantur. *d. l. 28. ff. de captiv.* Per exceptionem verò à regulâ, quædam, quæ in bellis uſum habebant, & quarum amiſſio nullo in ſpecie dedecore notata erat, eo jure dignæ habebantur. *l. 2. ff. eod.* veluti naves longæ atq; onerariæ *d. l. 2. pr.* equi & equæ freni patientes *d. l. 2. §. 1.* & Gloß. *ib.* quibus Grotius *d. loc. §. 14* addit mulos clitellarios, propter identitatem rationis. At verò cum hodie eam rerum mobilium, quantum ad effectum juris poſtliminii, differentiam, uſu parum attendi videamus: teſtibus Grot. *d. l. §. 15. & ibid.* Dn. Kulpis *in Colleg. Grot. Ex. 14. p. 167 ſeq.* & ab eo alleg. Alb. Gentil *de jur. bell. III. 17. p. 627.* Loccen. *de jur. Maritim. p. 142. num. 4.* Schütz. *in comp. Laut. ff. de captiv. p. m. 733. Ed. 3.* & pluribus aliis: non eſt, quod hâc diſtinctionis cautelâ hanc quæſtionem nunc denuò præmuniamus. Potius operæ pretium erit, ſtatim diſpicere, quænam pro quâlibet parte videantur militare rationes, & pro quâ tandem parte ſtet juſtitia cauſæ & acquiſitionis.

XXVII.

Pro Domino, ut is res ſuas, virtute bellicâ recuperatas, ſibi retrò habeat, valent ſequentes rationes. 1. quia res ſuas amiſit nullâ ſuâ culpâ, nullove facto ſuo: quo deficiente, dominio ſuo dominus carere non debet. *l. 11. ff. de R. J.* in tantum, ut inde vel ipſe hoſtis obligationi ad reſtituenda bello injuſto capta obnoxius habeatur Grot. *de J. B. & P. 3. c. 10. §. 6.* Multo magis itaque qui inde recuperavit defenſor noſter Princeps, Reſp. aut Ejus Exercitus. 2. quia civitatis, aut qui eam regit, Principis officium inter alia in eo vertitur, ut bona Civium quantum in ſe eſt, & fieri poteſt, defendat: Defendit autem & tùm maximè, quando in eo eſt, ut ſibi retro habeant, ſecure in poſterum poſſidenda, quæ ipſis hactenus immeritò erepta. Quæ ratio etſi à Molin. 2. D. 118. n. 3. reſtringatur ad rem ab hoſtibus in tutum nondum deductam, tamen generalior eſt, ut & rectè accommodari poſſit ad rem, ſecurâ hoſtis poſſeſſione jam detentam & inde recuperatam. Neque enim tributa & alia emolumenta ſubditi ſummæ poteſtati perſolvunt ſaltem ad illum finem, tam arctis terminatum limitibus. 3. iniquum eſt, ut, bona civibus ita erepta acquirendo, Civitas ex alienâ miſeriâ & infortunio lucrum quærat: quod aliàs ſimilibus in caſibus damnatum à Legislatoribus deprehendimus. vid. *Auth. Navigia C. de furt. l. 28. in fin.*

in fin. C. de Epiſc. aud. vid. Pufend *8. c. 6. §. 20.* ubi provocat ad ſocum *1. Sam. 30. verſ. 23. ſeqq. & ex Homer. Iliad.* exemplum profert, quo ob eam cauſam præda diviſa fuit inter eos, quibus res ab hoſtibus antè ereptæ fuerant. Addi poteſt ex *Liv. lib. 3.* exemplum ſatis accommodum Lucretii, qui cum ingenti prædâ Romam reverſus, eam omnem per triduum in Campo Martio expoſuiſſe fertur, ut ſuum quisque cognitum abduceret. 4. Nec æquum eſt, ut milites extrahentes, cujuscunque generis ſint, ſibi acquirant talia: tùm ex modò dictâ ratione quæ uti obtinet in toto, ita & valebit in partibus ſ. ejus miniſtris: tùm in ſpecie, quia, ſi ſunt ex numero *concivium aut ſociorum*, lex ſocietatis repugnat, ut alter ſolus damnum patiatur, alter ſolus lucrum reportet. *l. 29. §. 2. ff. pro ſoc.* imò contra ſuadet, ut damna iſtis rerum priſtinis dominis, concivibus, ab hoſte data, per reliquos cives pro viribus ſarciantur, vid. *ſupra th. 9.* Et quamvis, ut jam tùm conqueſtus eſt Dn. Pufend. *cit. lib 8. c. 8. §. 3.* moribus modernis, ubiq; ferè, miſeri ejusmodi cives damna talia inter fatales calamitates referre jubeantur; tamen id fortean patienti animo ferendum eſſet, in caſu rerum ab hoſte adhuc detentarum, non eodem modo, in caſu, ubi res concivium illorum virtute iſtiusmodi bellicâ ſuas reſalutarunt ſtationes, ubi omnem æquitatis ſpeciem, omnesque patientiæ leges tranſcendere videtur; Si verò ſunt ex numero *mercede conductorum*, tum hi ipſi, vi contractûs, civitati, & per conſequens ejus membris, iſtam operam debent, pro ſtipendio ob eam ſoluto aut promiſſo. ultra quod ex capite juſtitiæ ipſis nil debetur. vid. Pufend. *d. lib. 8. c. 6. §. 21.* per conſequens nec res civium ab hoſtibus recuperatæ. Covarruv. *in d. c. Peccatum. 4. de R. I. in 6. p. 2. relect. §. 11 n. 8.* ubi, ut & in præced. aliorum opiniones recenſet. Reſtat itaque, ut non alii, niſi ipſi Domino priſtino, res mobiles recuperatæ retrocedant. 5. Addi poteſt, quod & ex iſtis rationibus res immobiles, & ſervi recuperati priſtino domino in priſtinum jus reſtituantur. 4. 5.

XXVIII.

Pro Republicâ, aut ejus capite, veluti Principe, ut res recuperatas ab hoſtibus ſibi ſervet, hæ militant rationes: 1. quia res civium, quamprimùm in ſecuram hoſtium poſſeſſionem devenerunt, jam non ampliùs civicarum, ſed hoſtilium rerum numero, & eodem jure cenſendæ ſunt, quo cæteræ res hoſtium mobiles. Sicuti itaque hæ in prædâ eſſe, & capientibus, adeoque & Reip. ſivè cujus auſpicio bellum tium pro Rep. ſivè ejus capite. 1.

 geri-

geritur, tanquam per milites ſuos capienti, acquiri dicuntur. vid. Grot. *3.c.6.§.9. ſeq.* ita & res civium ab hoſtibus recuperatæ, propter dominium captivitate hoſtili jam extinctum, Reip. aut ejus Principi meritò cedunt. Subditi autem & priſtini illi domini non habent, quod querantur, niſi velint fati ſubaccuſare duritiem, quâ toties quoties integræ ditiones, etiam ſine merito aut facto domini, intervertuntur & evertuntur. 2. quia ſumptibus Reip. imò & quanto maximo ejus onere & periculo bellum geritur, & res tales recuperantur, proindè meritò in compenſationem impendii & periculi, ac ſublevationem oneris præda cedet, ex naturali ratione in *l. 10. ff. de R.I.* idque hoc minùs injuſti quid habebit, ſi præda in publicum redigatur, ut inde in poſterum onera & tributa civium leventur, miles alatur. Pufend. *d.* §. *21.* quicquid ab hoſtibus dirutum, aut everſum, reſtituatur: cujus exemplum proſtat apud Juſtin. *l. 6. c. 5.* quippe ad quæ cæteroquin & ſubditi ſua conferre tenentur.

XXIX.

Pro militibus ſingulis, ut ſibi recuperata acquirant, proſtant rationes: 1. quia, ſiquidem ex numero Concivium ſunt, bellum ſingulis hiſce maximè onerоſum eſt, tàm ex damni, facile emergentis, perpeſſione, quàm ceſſatione lucri, facilè aliàs cuilibet operis ſuis, ſuâque induſtriâ acquirendi: quàm etiam ex tributi & operæ militaris impoſitione & præſtatione. Et ergò præ aliis meritò hoc compendium ipſis relinquendum erit. Conf. Pufend. *d. l.* & Grot. *d. l. 3. c. 6. §. 22. ſeqq.* 2. quia, quæ ratio & mercede conductis communis eſt, pro re recuperandâ, vel vitæ periculum ſubeunt, quam niſi inſigni iſtiusmodi vel audaciâ, vel operâ hoſtibus excuſſiſſent, hi, tanquam ſibi quæſitam, cũ effectu quodam dominii, transferre fortean potuiſſent in eos, unde vix ſperanda redemptio: Sicut &, ſi ab horum alio hoſte jure belli fuiſſet occupata, priſtini domini â capiente invito repoſcere non potuiſſent, cum ſpe obtinendi. vid. *θ. 19. & 20.* conf. Dn. Textor. *Syn. Jur. Gent. c. 18. n. 65.* 3. quia publicum bonum poſcit, ut incitetur ſingulorum militum fortitudo, animique exſtimulentur ad hoſtes alacrius proſternendos, devincendos: quod quàm maximè fit, teſte experientiâ, ſpe prædæ ſibi acquirendæ relictâ; ſicuti, è contrario, hâc denegatâ deferveſcentibus facilè & laſſatis militum animis, periculum eſt, non tantùm, ne maneant res in hoſtium poteſtate, & hæ ipſæ recuperandæ, & aliæ longè majoris pretii, animum hoſtibus mirum quantum

tum addentes, ſed & ne victoriæ ſpes planè intercidat, quantivis alioqui comparandæ. 4. Quia Legislatores ſuis ſanctionibus res iſtiusmodi virtute bellicâ recuperatas militibus ſingulis deputarunt, quod ex dictis rationibus omninò potuerunt; uti id probatur *l. 28. ff. de captiv. & poſtlim. & ibid.* Gloſs. quo facit quoque *l. 51. § 1. ff. de A. R. D.* vid. Cujac. *19. O. 7.* Harprecht. ad *§. 17. I. de R. D. per plur. alleg.* Bocer. *de jur. bell. d. c. 15. n 7.* Mev. *ad Ius Lubec. d. l. 4. t. 1. art. 10. n. 16.* Carpz. *4. c. 35. d. 9. n. 2.* Molin *d. D. 118. n. 5. ſeq.* B. Dn. Lauterbach. *de benef. compet. Coroll 103* & comm. Dd. A quorum partibus hoc magis ſtandum eſſe videtur, quo tenaciùs moderna bellorum praxis hoc ipſum uſu imperturbato ſervat.

XXX,

Reliquum eſt, ut tandem ſubjungamus, pro quâ parte cauſæ juſtitiam ſtare nos arbitremur. Sanè cenſemus, ad conciliandas iſtas ſententias, & ad rem breviùs & feliciùs expediendam, opus eſſe adhuc aliquâ diſtinctiunculâ. Scilicet tota illa controverſia, & res, quæ ſub ea agitatur, aut conſideratur *in ſe, abſtractivè,* & præſcindendo ab ullâ aliquâ exteriori juſtitiæ ratione: Et fundamenta juris ſatis urgentia pro domino priſtino militant; Aut conſideratur ſimul *cum reſpectu extrinſecùs adſumptæ rationis,* reflexivè ad commune bonum: Et ita merito militum favor ſub publici favore præponderat. Quomodo & Juſtitia Legum Romanarum ſatis illibata manet, & in Judiciis ſecura praxis, haud ſugillanda, quia ſalus publica omnibus ſuprema lex eſſe debet, cui meritò quantævis utilitates privatæ cedant, illi ſaltem ſubornandæ, quoad usque fieri poteſt ſine detrimento & periculo totius: Ob quod omnimodò avertendum, & præcavendum, nil non bono civi ferendum eſſe, rectè docet Mev. *Nucl. I. N & G inſp. 4 §. 22.* vid Molin *d. l n. 7.* Quæ ulteriùs in diſceptationis diſcrimen deſuper adduci poſſent, iisque prolixiùs reponi, ea facilè ex collatione dictarum rationum, ſub applicatione dictæ diſtinctionis, patebunt, ſupplenda, ſi quæ deſiderantur, in ipſo conflictu, datâ ad id occaſione. Pagellarum anguſtiâ excluſis nobis ſeponenda fuerunt, quæ deduxeramus de eâ Quæſt. in bello res maximè mobiles, an capientibus ſingulis, an ei, cujus auſpicio bellum geritur, acquiri jus ſit. Vid. Dd. inter ſe diſcordes. Quà Jus Gentium pro hoc militant, Grot. *3. c. 6. §. 8. ſeqq* Vinn. *ad § 17. I. de R. D* Merend. *2. contr. 22* Roman. *de capt. §. 24.* Kulpis. *Coll Grot. p. 952.* Pufend *8. c. 6. § 21.* Diſſ. Ziegl. *ad Grot. d. l. §. 12.* Hennig. *ibid §. 13.* Pro illis, Vacon. â Vacun. *2. decl. 35.* Cujac. *19. O 17.* Text. *Syn. Iur. G c. 18. n. 67. ſeqq* Diſſ. Kulpis. *d. l.* Quà jus Civ. proſtant expreſſi textus pro ſingulis. *l 51. §. 1. ff. de A. R. D. l 5. § 7. eod. l. 28. ff. de capt. § 17. I. d. R. D.* Mev. *ad Ius Lub. d. l. n. 3. ſeqq* Harpr. *ad d §. 17 n. 1. ſeqq.* Schneid. & Bach. *ibid.* Bocer *de jur. bell. c. 15. num. 2* Pufend. Ziegl. *d. l.* Diſſ. Grot. *d. l. §. 12.* Conf. Gœdd. *ad l. 3. § 1. ff. de V. S.* Juri Romano concordant jura Statutaria: Sic Lubecc. *lib. 4. t. 1. art. 10.* Saxon. Weichbild. *art. 2.* Schwediſch Kriegsrecht/*art. 62. & al.* Conf. Felwing *in diſſ Polit. de præda milit. th. 17.* His & obſervantia militaris, praxisque moderna promiſcuè ferè conſentit, teſte experientiâ. Illud unicum tamen nos prætermittere ſine aliquali cenſurâ non poſſumus, nimiùm ſibi opinionum ſuarum, eorumve quos ſequuntur, fulcimentis abblandiri illos Naturaliſtas, ut vocari amant, qui quando in textus

deinde judicium noſtrum. *quod rem conſiderat vel* in ſe *vel* cum reſpectu ad commune bonum.

Quid obſervantia militaris. *quâ occaſione notatur*

præceps Naturaliſtarum judicium de iis, quæ juris Gentium habentur, nec ne & *traditur:* quorum teſtimonium fortiùs pro his ipſis concludat.

textus incidunt Juris Romani, ad præconceptæ ſuæ opinionis fiduciam nec ex ſe conformes, nec facilè explicationibus, quàm anxiè utut conquiſitis contortisque, conformandos, familiari ſibi, uti in aliis, ita & in hoc Juris articulo abutuntur licentiâ, ut nil frequentiùs crepent, quam hoc: Contineri id quidem Juris Romani ſancitis, ſed ideò ad communem Juris Gentium complexum, & obſervantiam oſtendendam, elumbe eſſe argumentum. Quaſi verò, ubi in authoritatibus & exemplis plurimum ponderis ipſi ponunt, non tanti in teſtimoniis perhibendis valeret concentrata vis tot JCtorum & Imperatorum, officio jurium indagandorum ex profeſſo defungentium, & in reſponſis ſuis toties quoties ex juris Naturalis & Gentium fundamentis argumentantium, etiamſi nullam ejus expreſſam faciant mentionem: eorumque populi quidem Romani, cui non minus quàm Hebræis, ac Græcis, recentior ætas tribuit: quæ & ſolenne ſibi habet, ex illius Legibus & Scriptoribus teſtimonia pro confirmando Jure naturali petere, teſte B. Dn. Mev. *Nucl. I. N. & G. in ſp. 3. §. 9.* conf. tamen *& §§. ſeqq.* quàm unius Grotii (cui tamen ex meritis ſuis maneat imperturbata laudis exiſtimatio) aut cui ille innititur, unius alteriusve Poetæ, aut aliûs cujusdam Scriptoris, ſæpè aliud agentis, teſtificatio aut authoritas. Equidem benè novimus, multa in Romanis Legislationibus vigere ex inventis & rationibus ſuæ civitatis propriis; quæ & inde merè civilia audiunt; Attamen & id pro comperto habemus, plurima laudatiſſimæ æquitatis, communis neceſſitatis, & utilitatis commendatione populis quam plurimis ſancta, inde â Populo Rom. ſpecificè ſuis tranſcripta eſſe ſanctionibus & exculta: Unde & Dn. *Struv. de vindict. priv. c. 1. aph. 2. n. 4.* non aliis legibus meliùs ius Naturæ, addas & Gentium, excultum deprehendi, quam Romanis, rectè aſſerit. Hinc potiùs nos quali quali noſtro Judicio exiſtimaverimus, ſi aliquid Romanis ſancitis deprehenderetur ſtatutum, de quo non apertò conſtaret, ratio merè civilis inventi, non debilem militare præſumptionem, cum Jure Gentium id optimè concordare: quamvis iſtiusmodi præſumptio cedat oportet veritati ſi indubitatò aliud evincere daretur. Multò magis itaque hoc credendum, ubi Jus Romanum exſertis verbis ſe fundat in Jure Gentium: Sicuti in hoc ipſo iuris puncto apud Romanos obſervari, quod iuris Gentium eſt, ipſa Legislatio ſatis dilucidè exprimit, *in §. 17. I. de R. D. l. 5. §. 7. ff. de A. R. D.* Quam ob cauſam & ipſe Merenda *d. l. n. 16.* quamvis cæteroquin opinionem Grotii ſectatus, in eo ab Alciato, qui *in l. 1. n 7. ff. de A. R. D.* & P. Fabro qui in *lib. 2. ſemeſtr. c. 4,* diſtinguunt inter Jura Romanorum & Gentium, diſſentit, pro conſpiratione horum jurium hoc in puncto ſatis benè concludens. Neque verò ipſi Grotio inſolitum eſt, authoritatem legum Romanarum eum in finem, pro aſſerendâ ex jure G. ſuâ opinione, in ſubſidium & teſtimonium advocare: quamvis & non ſemel in aliam mentem eas, pro opinionis ſibi confictæ favore, inflectat & adaptet, quod facilè patebit eius ſcripta penitiùs recolenti.

Cujus verò authoritatem aliquis pro ſe implorat, id nec dedignabitur contra ſe valiturum. *arg. Nov. 40. c. 2. §. 1.*

SOLI DEO GLORIA.

E. T. *Pag. 46. lin 23. pro,* capientibus cedant, *leg.* capientibus non cedant.